iam adest. Quapropter nos quidem actionibus & iudicijs operam date, sortimini & disceptate pro eo atq; legitimum uobis est: ego uerò ad spelunca hinc digressus, fistula canam carmen aliquod amatoriu, quo h Echo solco probris incessere. Cæterùm auscultationum & orationum iudicialiu abundè habeo, quotidie contendentes ac litigantes in Areo pago audiens. MERC. Age Iustitia, aduocemus iustos. IVS. Rectè dicis. Cõferti siquidem, ut uides, accedunt tumultantes, & perinde ut uespæ circumstrepentes uerticem. ATHE. Cepi te, ô sceleste. ALIV. Sycophantam agis. AL. Dabis tandem iam pœnas. AL. Conuincam te, quòd grauia atq; indigna perpetraris. AL. Mihi primo sortire. AL. Sequere sceleste ad Iudicem. AL. Ne suffoca me. IVS. Scis quid faciamus, Mercuri? Cæteras quidem lites in crastinũ reijciamus: hodie autem ea tantum sortiamur, quæcunque ab arti-

τοιαύτας, ὑπόσαι τέχναι, ἢ βίοις, ἢ ἐπιστήμαις πρὸς ἄν-
θρωπους εἰσὶν ἐπηγγελμέναι, καί μοι ταύτας αὐτάλλ@ τῶν γρα-
φῶν. Ερ. μίθυ λαβὲ δὴ Ακα-
δημίας, ὑπὲρ Πολέμωνος, ἀν-
θρακοδίσμα. Δί. ἐπὶ λιθάρ-
ριφον. Ερ. ἡ Στοὰ κατὰ τῆς
ἡδονῆς, ἀδικίας, ὅτι τὸν ὅρα-
τὸν αὐτῆς Διονύσιον ἀπέσ-
πάσατο. Δί. πάνυ ἱκανοί.
Ερ. πρὸ Αριστίππου Τρυφὴ
πρὸς Αρετήν. Δί. πάνυ καὶ
τούτοις δικασάτωσαν. Ερ. ἀρ
γυραμοιβικὴ, δραχμῆς Διογέ-
νει. Δί. τρεῖς ἀποκλήρω μό-
νους. Ερ. γραφικὴ λαβὲ Πύρ-
ρωνος λειποτάξιν. Δί. νι-
κάτω ἀμφότεραι. Ερ. βάλε δὴ
ταύτας ἀποκληρώμενον, ὦ Δί-
κη, τὰς δύο, τὰς πρώτας, τὰς
ἀπροσυνειμένας λαβὰ τῆ ῥή-
τορος; Δί. τὰς παλαιὰς πρό
τερον διαλύσωμεν· αὗται δὲ
εἰς ὕστερον διαδικάσονται. Ερ.
καὶ μὴν ὑμοιαί γε καὶ αὗται,
καὶ τὸ ἔγκλημα, εἰ καὶ νεαρὸν,

ab artibus aut uitis aut scientijs contra homines promulgatæ sunt. Ac mihi has in medium profer actiones. MER. *Ebrietas cõtra Academiam pro Polemone placij.* IVS. *Sortire septem.* MER. *Stoa contra Voluptatem, iniuriarum, quòd amatorem ipsius Dionysium, seductum ab ipsa abstraxerit.* IVS. *Quinq; sufficient.* MER. *Pro Aristippo Mollicies contra Virtutem.* IVS. *Etiam bis quinque iudicent.* ME. *Mensaria contra Diogenem, fugæ.* IVS. *Tres sortire satis.* MER. *Pictoria contra Pyrrhonem, ut desertorem.* IVS. *Nouem cognoscant.* MERC. *Vis'ne & has sortiamur Iustitia, duas uidelicet istas paulo ante, nosti, contra Rhetorẽ institutas atq; delatas?* IV. *Antiquiores illas prius decidamus, hæc autem posteà continuò disceptabuntur.* MER. *Atqui similes etiam istæ superioribus sunt, & id quod intenditur, etiam si recens ac nouum, affine tamen illis*

ἀλλὰ παραπλήσιον τοῖς προαποκληρωμένοις, ὥστε ἐν τούτοις δικαιοδοσίαν ἄξιον. Δί. ἔοικας, ὦ Ἑρμῆ, χαριζομένῳ τῷ Διΐ, ἀποκληρώσειν δ' ὅμως, εἰ δοκεῖ, πλὴν ἀλλὰ ταύτας μόνας· ἱκανὰ γὰρ αἱ ἀποκεκληρωμένοι. λὸς τὰς γραφάς. Ερ. ῥητορικὴ, δικαιοσύνη τῷ Σύρῳ, διάλογος τῷ αὐτῷ ὕβρεως. Δί. τίς ἦ ὁ τοῦτος ὄνομα; ὁ γὰρ ἐγγέγραπται τοῦτο. Ερ. οὕτως ἀποκλήρου τῷ ῥήτορι τῷ Σύρῳ· ἴσως λύσει γὰρ ἀλλ' οὐδὲ τοῦ ὀνόματος. Δί. ἰλλὰ, μὴ τὰς ὑποφορίας ἄλλη Αθήνησιν ἐν Αρείῳ πάγῳ ἀποκληρώσομεν, ἃς ὑπὲρ τὸν Εὐφράτην ἐλαθεῖς ἔχει διελκάσθαι, πλὴν ἀποκλήρου ἔνδεκα τὰς αὐτὰς ἑκατέρᾳ τῶν δικῶν. Ερ. σύγε ὦ Δίκη, φήσῃ, μὴ προλαβεῖν διελέσθαι τὸ δικαστικόν. Δί. οἱ πρῶτοι λαβόμενοι ἱερᾶς ἡ καλλιμιᾶς, καὶ ἦ μέθης· σὺ δὲ ὁ ὕδωρ ἔγχεε. πρότερα δὲ σὺ

illis est, de quibus modò sortiti sumus: quare inter ea disceptari quoque dignum est. IVS. Videris Mercurii indulgere nonnihil petitioni. Sed tamen sortiamur, si tibi uidetur: ueruntamen duas has solas. Sufficiunt enim hæ de quibus sortiti iam sumus. Cedò ipsas actiones. MER. Rhetorica contra Syrũ, malæ tractationis. Dialogus contra eundem contumeliæ. IV. Quis autem Syrus iste est? Neq; enim nomen adscriptum est MER. Ita sortire: contra Rhetorẽ Syrum. Nihil enim uetabit etiã absq; nomine proprio. IV. Ecce externas quoq; iã & peregrinas Athenis in Areopago sortiamur, quas rectius fuerat ultra Euphratem disceptatas fuisse. Veruntamen sortire undecim, eosdemq; utriq; liti. MER. Bia Iustitia, parce nimium adeò exhaurire fiscum tot

mercede iudicum. IV. Primi considento Academiæ & Ebrietati iudicaturi. Tu uerò aquam infunde. Prior autem die tu

σὺ λιγυ ἡ μίθυ, τί σιχᾶς, ηχὲ διαυσύη; μάθι ὦ Ερμῦ προσιλθών. Ερ. ἀ λιώκαμαί, φησι, τὸν ἀγῶνα ἀπεῖν, ὑπὸ τᾶ ἀκράτις τᾶν γλωττ]αν πιπιδυμίνυ, μὴ ἠ γίλωϛα ἐφλωϊμ τῷ δικαστηρίω, μέγι δὶ ἠ ἴσπακα, ὡς ἐρᾶϛ. Δί. ἀκοιῶ συνύηγορον αὐαδιδασάτωτῶν ἀφανῶν τίνα· πολλοὶ γάρ, ὃι λῶν ὠδὶ ϛριωβόλωδιαῤῥαγῆναι ἕτοιμοι. Ερ. ἀλλ' ἀδὲις ἐθιλήσαι γε τῷ φανερῷ σωσαι γοροῦσαι μέϛι, πλὼ σὺγνώμονά γε τᾶτα ἐσιηϛ ἀξιοῦν. Δί. τὰ ποῖα; Ερ. Ακαδημία ἀεὶ πρὸς ἀμφοτέρους παρόρμησάσα τὸ λόγυ, ηχὲ τὸτ' ἀσκᾶ, ταὐαντία λαλῆϛ ἀμώσθαι λέγειν. αὕτη τοίνυν φησὶν, ὑπὲρ ἐμῦ πρότερα ἀπάτω, ἔπα ὕστερον ὑπὲρ ἐαυτᾶς ἐρᾶ. Δί. λαμβὰ μὲν τοῦτο· ἀπὶ δὲ ὅμως, ὦ Ακαδημία τὸν λόγον ἀπάτρομ, ἐπά σοι ῥᾴδιον. Α. ἀκούϛι ὦ ἄνδρες δικασταὶ, πρότερον τὰ ὑπὲρ τοῦ μέθυς,

dic tu Ebrietas. Quid taces & nutas? Audi Mercurii accedens. MER. Non possum, inquit, certamen hoc perorare, lingua mihi præmero impedita atq; illigata, ne etiam risui me exponam in iudicio. Aegrè autem, ut uides, constiti quoq;. IVS. Proinde patronum adducat ex uehementibus ac grauibus istis aliquem. Sunt enim multi qui uel trioboli gratia disrumpi parati sunt. MER. At nemo certè uolet manifestè patrocinari Ebrietati. Verum æqua utiq; hæc postulare uidetur. IVST. Quænam? MER. Academia hæc semper in utranque parata atque instructa est orationem, idq; etiam exercet sese, ut contraria probè possit dicere. Ea igitur, inquit, pro me prior dicat, atq; ita deinceps pro se ipsa uerba faciat. IVS. Noua quidem hæc. Sed dic tamen Academia orationem utramque, quandoquidem hoc tibi facile est. ACA. Audite uiri iudices, priore loco illa

quæ

μένης ἐπαινος γὰρ τό γε νῦν ἐστιν. ἀδίκητος δὲ ὑπ' ἀθλίας τὰ μέγιστα ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας ἐμοῦ ἀνδράποδον, ὃ μόνον ἔχον οὐ πολλοῦ, καὶ πιστὸν αὐτῷ, μᾶλλον ἀσχολόν, ὧν προστάξαιμι, εἰσόμενον, ἀφαιρεθῆναι τὸν πολέμωνα ἐπαινον· ὃς μιθ' ἡμέραν ἐπώμοις διὰ τὰ ἀγαθὰ μέθης, ψάλτριαν ἔχων, καὶ κατασείμενον, ἵνα ἦν ἐν ἱσταμένοις μεθύουσι ἀεί, καὶ περιπαλῶν, καὶ τὸν ἐπιφανῆ τῆς στεφάνοις διλωσιμένον. καὶ ταῦτα ὅτι ἀληθῆ, μάρτυρες Ἀθηναῖοι ἅπαντες, οἱ μηδέποτε νήφοντα πολέμωνα ἑλόντες. ἐπεὶ ὅ γε καὶ παιδάριον ὢν τὰς τῆς Ἀκαδημίας θύρας ἐπώμοσεν, ὥσπερ ἔστι πάντας ἀνθρώπους, ἀνδραποδισαμένη αὐτὸν, καὶ ἀπὸ τῶν χρημάτων τῆς μέθης ἀφέσασα μετὰ βίας, καὶ πρὸς αὐτὴν ἀναγαγοῦσα, ὑδροποτῶν τε κατεπώκασεν, καὶ νήφειν μεταδίδαξεν, καὶ τοὺς στεφάνους περιῶσασεν, καὶ λόγον πίνειν

quæ pro Ebrietate afferuntur. Illius enim est id quod nũc dicitur. Iniuria affecta est misera, ut cum maximè, à me Academia, mancipio quod solum habebat beneuolũ ac fidele, quodq; nihil turpe eorum quæ ipsa impetrassent putabat, spoliata, Polemone illo inquam: qui interdiu cum lasciuia ac petulantia per medium forum ferebatur, psaltriam secum habens, & cantu perstrepens, à summo mane ad uesperã usq; ebrius semper, et crapulæ indulgens, caputq; corollis ac floribus implicatum gerens. Atq; hæc quòd uera sint, testes sunt Athenienses uniuersi, qui ne unquã quidem Polemonem sobriũ uiderunt. Postquam autem infelix ille ad fores Academiæ quoq; comessabũdus et per lasciuiam illudens accessisset, perinde ut ad omnes solebat: mancipatum illũ, atque è manibus Ebrietatis ui ereptũ, & ad se adductum, aquã bibere, ac sobriũ esse docuit, corollasq; capiti

ναν ληστικὰ μέλη ν, ῥυμά-
τια σκολιὰ καὶ λυσιωδῆ, καὶ
πολλῆς φροντίδος καὶ ἀνάμνησα
ἀναλάβοις ἄν. ὅτι αὐτὶ τοῦ
ἵππου ἀκαθ. ὧντος αὐτῷ ἐ-
ρυθήματος καὶ ὠχρὸς, ἀθλιος,
καὶ ῥινὸς τὸ σῶμα γεγένη-
ται. καὶ τὰς ἡδονὰς ἁπάσας
ἀπὸ μακροῦ, ἄσιτος ἐνίοτε,
καὶ λιψαλέος ἐς μέσον ἐ-
σπέρας, κάθηται λυπρὸν, ἐ-
πεὶ τὰ μελλὰ ἡ Ἀκαδημία ἐγὼ
λυπῶν διδάσκω. τὸ δὲ μέγι-
στον, ὅτι καὶ λοιδορῆται τῇ μι-
θῇ, πρὸς ἐμοῦ ἀναρδὲς, καὶ
μυρία ἄκαιρα λέξεσι πρὸς
αὐτοῦ. ἁρπάζω σχεδὸν τὰ ὀ-
πτὰ δὴ μάλιστ' ἄλλ' καὶ ὑπὸ
ἀκαιρίας ὁρῶ, καὶ τὸ ἀπὸ
τούτου ἐμοὶ ῥοφάτω. Δί. τί
οὖν πρὸς ταῦτα ἐρεῖ; πάλιν
ἀλλ' ἔγχει τὸ ἴσον ἐν τῷ μέρει.
Ακα. οὕτω δὴ μὲν ἀκούσας
πάνυ σύλλογα, ὦ ἄνδρες δι-
καταὶ, ἃ σωθήσεσθαι ἔφησεν
ὑπὸ τῆς μέθης· ἃ δὲ πρὸ-
μοῦ μετ' οὐσίας ἀκούσεται,

detractas discerpsit. Ac quo
ties bibendum atq; accum-
bendum fuerat, uerba quæ-
dam perplexa ac misera, cũ
multa curiositate referta,
illi tradidit. Quare pro eo
qui antea efloresceb at in
illo, rubore, pallidus miser
& incurum corpore factus
est, & cant lenis illis unuer
sis obliuioni mandatis, sine
cibo interdu n & sitibunda
us ad mediã usq; uesperam
sedet, nugãdo uidelicet quæ
lia multa Academia ego nu
gari doceo. Quod autẽ ma
xim um est, etiã cõuiciatur
Ebrietati, à me eò inductus,
& innumera quædam ma
la de ea commemorat. Dic
ta fermè sunt quæ pro E-
brietate adduci possunt. Iã
uerò & pro me ipsa uerba
faciam: & exinde peroræ-
tum à me esto. IVST. Quid
igitur ad hæc respondebit?
Veruntamẽ infunde et huic
parẽ uicissim. ACA. At hoc quidẽ pacto auditu admodum
probabilia uidentur, uiri Iudices, quæ à patrono pro Ebrie
tate dicta sunt. Quòd si aũt & me eadẽ beneuolẽtia audie-
tis, in-

δοκεῖ, ὡς οὐδὲν αὐτῶν ἠδίκηκε. τὸν γὰρ Πολέμωνα τοῦτον, ὃν φησιν ἑαυτῆς οἰκέτην εἶναι, ψιφυλίτην οὐ φαύλως, οὐδὲ κατὰ τὸν μῦθον, ἀλλ' οἰκεῖον ἐμοὶ, καὶ τῇ φύσει ὅμοιον προσφιλάσασα νέον ἔτι, καὶ ἀπαλὸν ὄντα, συνανογνιζομένους τῇ ἡδονῇ· ὃν ὥσπερ αὐτῇ τὰ πολλὰ ξυνυπεργᾶ, διέφθειρεν ἀδύτον, τοῖς πόμασι, τοῖς δὲ ταῖς ἑταίραις παρασχοῦσα ἐκδοτον, ὡς μὴ μικρὸν αὐτῷ τῆς ἀκόλου ὑπολείπεσθαι. καὶ ἄγει ὑπ' ὀρθρ ἑαυτῆς λίγιδας μικρὰν ἐμπροσθεν ὥστε, ὑπ' ὀρθρ ἐμοῦ ἀρῆδαι πειρήσασι. πρὸιέσι γὰρ ἑωθεν ὁ ἄδολος ἱστιφανωμένος, λιμπανόμενος, διὰ τῆς ἀγορᾶς μέσης καταυλούμενος, οὐδὲ πω τότε νήφων, κιμάζων ὅπη παύσεται, ὕβρεις τῶν προγόνων, καὶ δὴ πόλιος ὅλης, καὶ γίλωτα τοῖς ξένοις. ἀπὸ μέσου τε παρ' ἐμὲ ἥκων, ἐγὼ μὲν ἔτυχον,

tis, intelligetis sanè quòd nulla ipsam iniuria affeci. Nam Polemonem hunc, quem seruum illa suum esse ait, natum haudquaquam seruiliter, neque ita ut ebrietatem referret, sed familiarem mihi, & naturæ similem, præreptum adolescentem adhuc atque tenerum existentem, adiuuante ad hoc Voluptate, quæ illi in plerisque mutuam operam præstat, corrupit miserum, lasciuis comessationibus & meretricibus quasi in deditionem tradendo: ita ut ne paululum quidem uerecundiæ in eo remaneret. Atque ea quidem quæ illa pro se paulo antè dici putabat, pro me dicta esse existimate. Circumibat enim miser ille à primo statim mane coronatus, ac crapula perditus, per medium forum, sonantibus undiq; circum ipsum tibijs, nunquam sobrius, lasciuus ac petulans in oĉs, dedecus, & contumelia maiorũ, & præterea ciuitatis totius, ludibriũ autem peregrinorum ac bospitum. Postea quã aũt ad me uenit, ego quidẽ sorte quadã,

ὥσπερ ἐίωθα ποιεῖν, ἀναπαυόμενος παρὰ τῶν θυρῶν, πρὸς τοὺς παρόντας τῶν ἑταίρων, λόγους τινὰς περὶ ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης διεξιοῦσα. ὁ δὲ μετ' αὐλῆς καὶ τῶν στεφάνων ἥδιστος, τὰ μὲν πρῶτα ἡσυχῇ καὶ συγχέειν ἡμῶν ἐπειρᾶτο τὴν συνουσίαν, ἐπτοημένος τῇ βοῇ. ἐπεὶ δὲ ἐλίγη ἡμᾶς ἐπιφροντίκειμεν αὐτῷ, κατ' ὀλίγον (ἐ γὰρ τίλιον ὧν διάβροχος τῇ μέθῃ) ἀνένηφε πρὸς τοὺς λόγους, καὶ ἀφῆρει τὰ τῶν στεφάνων, καὶ τὴν αὐλητρίδα κατεσιώπα, καὶ ἐπὶ τῇ πορφυρίδι ἠσχύνετο. καὶ ὥσπερ ἐξ ὕπνου βαθέος ἀνεγειρόμενος, ἑαυτόν τε ἐώρα ὁποῖος ἐλήλυθε, καὶ τὸ πάλαι βίου κατεγίγνωσκε. καὶ τὸ μὲν ὄρθυμα, τὸ ἐκ τῆς μέθης, ἀπέλιπεν, καὶ ἡ φαιδρότης, ἠρυθρία δὲ κατ' αὐτῶν τῶν ἀναμνήσεων. καὶ τέλος ἀνεστέναξε, ὥσπερ εἶχεν, ἐντεμόλως μοι παρ' ἐμὲ, ὅτι ἐπὶ καλοσαμένους,

ut consueui facere, patentibus foribus ad amicos quum præsentes erant, sermones quosdam de uirtute atq; modestia faciebam. Ille uerò cum tibia & coronis astans, principiò quidem uociferabatur, ac perturbare nos tentabat, conuersationem nostram clamore suo interturbando. At postquã nos nullam illius rationem habebamus, paulatim (neq; enim omnino aut extremè uino madefactus erat) resipiscere cœpit ad sermones, et simul auferebat coronas, & tibicinam compescebat, & ob purpuram erubescebat: ac ueluti è profundo somno experrectus, cũ seipsum aspiciebat, quo pacto ornatus atq; affectus esset, tum uitam superiorẽ et anteactam damnabat. Et rubor quidem ille ex temulentia contractus defloreſcebat, euanescebatq; : ipse autem præ pudore eorum quæ fecerat, erubescebat. Postremò ab illa aufugiens, ita ut erat, ad me transijt, neque uocante me,

τυς, οὔτε βιασαμένους, ὡς αὐτὸ τῇ φύσει ἐμοῦ, ἀλλ' ἑκόντος, αὐτοὺς ἀμείνω ταῦτα εἶναι ὑπολαμβάνων. καί μοι ἤδη πάλαι αὐτὸν, ὅπως καταμάθητε, ὃν τρόπον διάκειται πρὸς ἐμέ, τοῦτον, ὃν οὐδεὶς δικαστὴς, παραλαβοῦσα γυλίους ἔχοντα, καὶ μήτε φωνὴν ἀφιέναι, μήτε ἀκοῦσαι ἀπ' ἐκείνου ἀναμένουσα, ὑπέστρεψα, οὐ κατέγνωκα, καὶ αὐτὸ αὐλητὴν πάνυ ἀγαθὸν, πάνυ μέτριον ἄνδρα, καὶ σώφρονα, καὶ πολλοῦ ἄξιον τοῖς Ἕλλησιν ἀπέλειξα. καί μοι αὐτός τι χάριν εἰδέναι ἐδόκει τούτοις, καὶ οἱ προσήκοντες ὑποδέξονται. ἀγαπᾶ. ὑμᾶς ἤδη σπουδάζει, ποτόρια ὑμῖν ἅμα τὸν λῷστον σωθῆναι. Ερ. ἄγε δὴ, μὴ μέλλετε, ψηφοφορήσατε, ἀνάστατε· καὶ ἄλλος χρὴ δικάζειν. Δί. πάσας ἡ Ακαδημία κρατῶ, πλὴν μιᾶς. Ερ. παράδοξον οὐδὲν, ἀνά τινα καὶ τῇ μίᾳ τιθεμένην. καθήσατε, οἱ τῇ Στοᾷ πρὸς τὸν ἕνα τὸν λαχόντα, πρὸ

me, neq; cogente, perinde ut illa de me ait, sed ultrò ac uolês, meliora hæc nostra esse credens. Ac mihi iam ipsum huc aduoca, ut cognoscatis quo pacto à me immutatus atq; affectus sit. Hũc ego, uiri Iudices, ad me receptũ, ridiculè omnino se se gerentem, & neq; uocem edere, neq; consistere prædictum ualentem, conuerti, ac sobrium reddidi, & ex uili mancipio uirum modestum ac temperantem, precioq; dignum Græcis effeci. Et mihi nunc ipse gratiam pro ea re habet, & propinquis eius pro ipso. Dixi. Vos autem iam spectate, Iudices. utri nostrum satius fuerit illum conuersari. MERC. Agite itaq;, ne cunctemini. ferte sententiam, atq; inde exurgite: nam & cæteros iudicare oportet. IVST. Omnib. calculis superat Academia, excepto uno. ME. Nihil nouũ aut mirũ, si quis sit qui & pro Ebrietate ferat. Sedete nũc uos, q Stoæ cõtra Voluptatẽ sortitò electi estis,

τοῦ ὄρους λικάσαμ. ἐγκίχυται τὸ ὕδωρ. ἡ κατάγραφος, ἡ τὰ ποικίλα, σὺ ἤδη λέγει. Στοά. οὐκ ἀγνοῶ μέν, ὦ ἄνδρες λῷστοι λικασταί, ὡς πρὸς σὺ πρόσωπόν μοι τὴν αὐτίκλησιν ὁ λόγος ἔσται· ἀλλὰ καὶ ὑμῶν τὰς πολλὰς ὁρῶ, πρὸς ἃς ἐκάνλω ἀποβλέποντας, καὶ μαλιῶντας πρὸς αὐτὴν, ἐμὲ δὲ καταφρονοῦντας, ὅτι ἐν χρῷ κίπαρμαι, καὶ ἀρρύπωπον βλέπω, καὶ σκυθρωπὸν λοκῶ. ὅμως δέ, καὶ ἰδιάσουτι ἀκοῦσαί μου λιγυόσης, θαρρῶ πολὺ λικαιότερα τούτης ὄρᾶν· τοῦτο γάρ τοι καὶ τὸ παρὸν ἐγκλημά ὄστιν, ὅτι οὕτως ἐταιρικῶς ἐσκευασμένῃ τῷ ἰματίῳ ἄγω. δέ ἴψιος, ὄρα σὺν ἐμὲ, ἀλλ' ὅρα τότι σώφρονα, τὸν Διονύσιον φρακίσασα πρὸς ἑαυτὴν πορίσασι. καὶ δῶ γέ μοι πρὸ ὑμῶν λίκω ἐλίκασαν, τῇ Ακαδημίᾳ καὶ τῇ μόδῃ, ἀλλοῖ τῆς παρούσης λίκης ἐστίν. ὀξυτάτιτι γὰρ ἐν

ad iudicium de amatore ferendum. Infusa est aqua. Deus picturata, ac uaricolo ribus induta, tu iam dic. STOA. Haud equidē ignoro, uiri iudices, quàm cōtra formosam aduersariam oratio habenda mihi sit. sed & uestrùm plerosq; uideo ad illam quidem aspicere, & eidem arridere, me uerò cōtemnere, quòd uidelicet ad cutem usq; tonsa sum, & uirile quiddam obtueor, tetricaq; ac tristis appareo. Sed tamen si me dicentem audire uolueritis, confido equidē multo iustiora, quàm hæc, dicturam me esse. Nam hoc ipsum illud est quod in præsentia accuso, quòd ita meretricio modo exornata, aspectus illecebris amatorem meum uirum tunc modestum ac temperantē, Dionysiū uidelicet, fraude circūuentū, ad sese auulsum hinc abstraxit. Et quam præcedentes illi causam iudicauerint inter Academiā & Ebrietatē, quasi quædā soror præsentis causæ est. Examinabitis enim

ἐν τῷ παρόντι, ὁπότερα χείρω τῶν πατρίων ἤθων, τεθνηκότας ἡμᾶς ὄψεσθε, ἢ λαμπρούς καὶ ζῶντας, μᾶλλον μεγαλόφρονα ἐνθυμουμένους, ἢ ἐν λυπηροῖς τὸ καλὸν ἔχοντας καὶ ἡσυχάζοντας τὸ τρανὸν ἀσυλλόγιστον ἀσυλλήπτως φεύγοντας, μήτε τὸ ἀγχίνουν, μήτε ἀμαχον ἀλλάττεσθαι, μήτε τὸ ἀδὲν καὶ ἀπραγμόνως προσφιλονεικοῦντας, καὶ τῶν συλλαμβανόντων ἐν τῷ μιμεῖσθαι τὰς ἰσχάδας; τοιοῦτοι γὰρ αὖ μᾶλλον τοῖς ἀνοήτοις προτάττουσι, καὶ μὴ μελιτῖτα μέλιτι τῷ πόνῳ, προσάγοντα αὐτῶν τοὺς πολλούς, ἐν οἷς καὶ τὸν δάλαμον ἐκεῖνον ἀφωπάσαμεν ἡμῶν πιπεῖνα, προσιόντα τερέσασα; ὃ γὰρ αὖ ὑγιαίνων ποτὲ προσήκατο τοὺς παρὰ ταύτης λόγους. καίτοι τί αὖ ἐγὼ ἀγανακτοίλιμαι ἐπ' αὐτῷ, ἵνα μὴ λέγω τῶν δὲ ἄλλων φιλίστων, ἀλλ' αὐτίκα ἔτι μᾶλλον αὐτῶν δεκβάλλει, ὥστε ἀσωφρονῶσι, καὶ ἀσεβήσας αὖ

enim in præsentia, utrùm pro eorum more in terrum deiectos uiuere nos deceat, uoluptati indulgentes, nec quicquam generosum in animo cogitantes: an uerò posteriore loco, eo quod est delectabile, posito, præclara honestate, liberos liberè philosophari, nec dolorem ut ignauiæ quandam pertimescentes: nec id quod dulce est, mancipiorum more sectantes, felicitatem in melle & caricis quærentes. Huiusmodi enim illectamenta hæc stultis obiciens, & labore ceu quadam larua perterrefaciens, plerosque ipsorum ad se illectos adduxit, inter quos & miserum illum uelut excusso iugo à nobis secedere fecit, cum ægrotantem tacitè obseruasset. Neque enim rectè ualentem ac sanè oratione sua unquam facilè adduxisset. Quãquam quid ego adeò aduersus illam indignata sim, quando ne ipsis quidè dijs parcere soleat, sed administrationè ac prouidẽtiã illo rũ calúnieturi? Quare si rectè sapitis, iudices, etiã impietatis

λίπῃς λάβοις τι παρ' αὐτῆς. ἤκουσα δὲ ἔγωγε, ὡς οὐδὲ αὐτὴ προθυμοῦσθαι φαίη τοὺς λόγους, ἀλλὰ τὸν Ἐπίκουρον αὐτὸν ἐκβιβάσεσθαι συνάγορον τούτοις, οὕτως ἐντρυφᾷ τῷ λιμῷ. πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνό γε αὐτὴν ἐρωτᾶτε, εἰ οἶσθα καὶ ἡδέα γιγνόμενον, τὸν Ἡρακλέα, ἢ τὸν ἡμέτερον Θησέα, ἐπὶ τὴν ἔλυσιν, ἵνα φύγοιεν τοὺς πόνους· οὐδὲν γὰρ ἂν ἐκώλυε μιγῆναι δὲ λιμίαις ἄνευ τοῦ ἐλθεῖν, ἐκείνων μὴ πονησάντων. ταῦτα ἔστω, ὃ πάνυ τοῖς μακροῖς τῶν λόγων χαίρουσα. ἐὰν δέ γε ἰδιώσεται κατὰ μικρὸν ἀποκρινάσθαί μοι σωφρόνως μόνον, τάχα ἂν γνοίη τὸ μὴ λίμν οὖσα. πλὴν ἀλλὰ ὑμεῖς γε ἅ δέομαι μανθάνετε, ψηφίσασθαι τὰ δόξαντα, μὴ πιστεύσαντες Ἐπικούρῳ, λέγοντι μηδὲν ὑπολαμβάνειν τῶν παρ' ἡμῖν γιγνομένων τοὺς θεούς. Ερ. μετάσχοιμι. ὁ Ἐπίκουρος δὲ τοῦτο τὸ ἡδονὴν λέγει.

Επί.

pœnas de ipsa sumetis. Porrò audiui equidem quòd neque orationem ipsa habere parata sit, sed Epicurum istum patronum pro se huc adductura. Adeò scilicet illudit etiam ipsi iudicio. Veruntamen illa certè ipsam interrogate, quales nam putet fuisse Herculem, ac Theseum nostrum, num etiam illi indulgentes uoluptati, laborem euitarint. Nihil enim prohiberet quo minus plena iniustitiæ terra foret, si illi laborem non sustinuissent. Atq; hæc dixi, ut quæ non admodum longis orationibus delectari soleã. Quod si utique uoluerit & parùper respondere mihi interrogata, celerrimè cognoscetur quòd nulla sit. Veruntamen uos certè iurisiurandi memores, decernite iã quæ iusta ac pia sunt, haudquaquam Epicuro fidem adhibentes, qui deos dicit nihil eorum quæ apud nos geruntur, attendere. MERCV. Transi hinc. Heus Epicure, pro Voluptate dicito.

EPIC.

χνί. οὐ μακρὰ, ὦ αὐλητὰ Διονύσου, πρὸς ὑμᾶς ὁρῶ. δεῖ γὰρ νῦν ἡμᾶς πολλῶν μοι τῶν λόγων. ἀλλ' ἃ μὲν ἀφελίας τισὶν, ἢ φαρμάκοις, ἵν' φησὶν ὁμαγλῶ ἑαυτῆς ἡ Στοὰ τὴν Διονύσου κατωμάγκασι ταύτης μὲν ἀπέχεσθαι, πρὸς ἑαυτὴν δὲ ἕλκειν ἡδονή· φαρμακὶς δ' ἐστὶν ἡ τοιαύτη ἕλξις, ἣν ἀδικῶν ἐπείρατο, ἐπὶ τὸν ἀλλότριον ὁμαγλᾶς μαγγανεύουσα. ἃ δέ τις ἐλεύθερος, ἐν ἐλευθέρᾳ πόλει, μὴ ἀκαταγορεύτων τῶν νόμων, πόλυ παρὰ ταύτας ἀνελίας μυσαχθεὶς, περὶ ὧν φησι λυφάλεων τῶν πόνων, πόλις εὐδαιμονίαν πάρεργίγνεσθαι, λάβρον οὐδὲν, τοὺς μὲν ἀγκύλους ἐκείνους λόγους, περὶ λαβυρίνθοις ὁμοίους, ἀπέφυγε, πρὸς δὲ πόλυ ἡδονῆ ἐλαπίτου σοφ, ὥσπερ δισμῶ τινα ἀπερρίψας, τὰς τ' λόγων πλοκάνας, αὐδρώπινα νῆ ἐ βλακώδη φρενώσας, νῆ τ' μὲν πόνων, ἑαυτῆ

EPIC. Haudquaquam prolixius apud uos, uiri iudices, dicam. Nam multis uerbis ne opus quidem mihi est. Verùm si incantationibus aut medicamentis quibusdam Voluptas eam quæ Stoa hæc amatorem suum ait, Dionysium uidelicet, coegit ab hac quidem abstinere, ad se autem conuertere sese, uenefica meritò uisa est, & iniuriam feciſſe huic coarguitur, tanquam contra alienos amatores præstigias ac dolos machinata. At si quis liber, in ciuitate libera, legibus non uetantibus, molestiam atque acerbitatem quæ ab hac proficiscitur, perosus, & felicitate quam quasi caput laborum inde prouenire aiunt, pro nugis ac nihilo habita, obliquos & incuruos huius sermones, labyrinthicis similes reliquit, ad Voluptatem autem lubens transfugit, uerborum istorum retijs tanquam uinculis quibusdam abiectis haudquaquã stolida, sed humana sapiens, laboremq;

ἐκ τοῦ ἔτι, πονηρὸν, ἀλλὰ τὸ μὲν τῆς ἡδονῆς οἰκεῖας, ἀποκλείσαι ἐχρῆν αὐτὸν, ὥσπερ ἐκ ναυαγίου λιμένα προσνέοντα, καὶ γαλήνης ἐπιθυμοῦντα, συνωθοῦντας ἐπὶ κεφαλὴν ὀκνοῦντα, καὶ ἐκδοτον τὸν ἄλλον ἐκβιάζεσθαι τῆς ἀπορίας, καὶ πάντα, ὥσπερ εἰκότως, ἐπὶ τὸ τοῦ ἡλίου βωμὸν, ἐπὶ τῆς ἀληθείας καταφεύγοντα, ἵνα τῆς πολυδρύλλητον ἀρετῆς ἄλσαλεῖ, ἐπὶ τὸ ἥδιον ἱδρῶτι πολλῷ ἀνελθὼν, ἴδῃ, καὶ τὰ λοιπὰ βιώσας τὸν βίον, ἀδιαλειπτον μετὰ τοῦ βίου. καὶ τοι τίς ἂν μετὰ ἀκριβοῦς ἐξετάσαι αὐτοῦ τὸν νοῦν, ὅτε πρὸς τὰ ἀκρα τῆς Στοᾶς ἀνῆει, ἃ μόνα τις ἄλλος, καὶ μόνον τίνας τὸ καλὸν ἀγαθὸν οἰόμενος εἶναι, μεταμαθὼν ὡς κακὸν ὁ πόνος ἦν, τὸ βέλτιον ἐκ ἀμφοῖν ἀποκρίνας, ἔλιπε; τάχα γὰρ οἶμαι, τοὺς περὶ

ipsum, id quod est, malum, Voluptatem autem suauem ducens: excludere ne eum decebat quasi ex quodam naufragio ad portum, enatantem, & serenitatis cupientem, præcipiti capite in Libyrem impellendo, et ceu dedititicium, inopiæ atq; egestati miserum illum tradendo, idq; cū ille supplicis instar ad Voluptatem tanquā ad misericordiæ aram aliquam confugeret? Nimirū, ut passim ac multis iactatā illam uirtutem, cum multo sudore in arduum progressu aspiciat, atq; exinde per omnem ætatem laboribus exercitatus, demum post uitam peractam felix atque beatus fiat Atqui quis quæso iudex iustior in hac causa fuerit, quàm ipse ille qui & ea in quibus Stoa uersatur, cognouit ut quisquam alius: & cum antea solum illud quod honestū est, bonum putaret esse, postea quantū mali foret labor, cognito, id quod melius ex utroque probatū esse, delegit? Videbat enim, opinor, eos qui de

tolera-

πρὸς τοῦ παρεδρῶν, καὶ αὐτὸ
χαδὰν νόσου, πολλὰ διεξίον
τας, ἰδίᾳ δὲ τῶν ἄλλων δι-
αμωμύοντας, καὶ μέχρι τού-
του γαυριῶντας, οἵοις δὲ
κατὰ τοὺς τῆς ἀλουσῆς νόμους
βιοῦντας, ἀσχημονοῦντας μὴ,
ἀ φανεῖται χαλῶντος τοῦ
τόνου, καὶ περιδιδόντες τὸ
λόγμα, πιστευθέντας ἢ αὐτὸ
μὲ τὸ τῆ Ταντάλου, καὶ ἐνδα
ὧν λύσειν, καὶ ἀσφαλῶς πα-
ραπαιόμενον ἐλπίσοντι, χαυδὸν
ἐμπιμπλαμένους τῆ ἁλίσει.
ἀ γοῦν τὴ αὐτοῖς τὸν τῆ Γύ-
γου δακτύλιον ἐδώκει, ὡς τι
φιδιμένους μὴ ὁρᾶσθαι, ἢ τῶν
τῆ Αἰδῶ κλινίδων, ὧδέ ὅτι
μακρὰν χάρμαν τοῖς πόνοις
φράσαντος, ἐκ τῶν ἀλουσῶν
ὠδυνῶτο ἂν, καὶ ἐμιμοῦντο
θαυμαστὸν τὸν Διονύσιον· ὃς
μέχρι μὲν νόσου, ἤλπιζεν
ὠφελήσειν τι αὐτὸν τὸς περὶ
τῆ παρεδρίας λόγους ἐπιδεικνὺ ἢ
ἤλπισεν, ἢ ἐνίσχυσεν, ἢ ὁ πόνῳ
ἀλυθησόμενον αὐτοῦ παιδίοις,

ἐλῶν

tolerandis ac perferendis laboribus multa commemorare solent, priuatim aũt Voluptatem colunt, eò quidem usq; iuueniliter seſe iactare, domi aũt secundum Voluptatis præcepta uitã degere, erubescentes quidem si deprehendantur remittere aliquid de firmitate & contentione, prodereq; professionem suam, patientes autẽ miserè interea Tãtali illudi & ubi latere seſe, ac tutò leges trãsgredi poſſe cõfidũt, hiantibus faucibus uoluptatem ingurgitantes. Proinde si quis ipſis Gygis annulum daret, ut eo inducto conſpici non poſſint, aut etiam Orci galeam: sat scio quòd laboribus longum ualere iuſsis, ad Voluptatem proſilirent, & cuncti imitarentur Dionysium: qui quidem antea quàm morbo correptus eſſet, sperare ſolebat illos de tolerantia ſermones multum ſibi profuturos eſſe. At poſtquam dolere atque ægrotare cœpit, ac labor re ipſa illum inuaſit, animad-

ἀλλὰμ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ αὐ-
τιφιλοσοφοῦν τῇ Στοᾷ, καὶ
τἀναντία λογιατίζον, αὐτῷ
μᾶλλον, ἢ τούτοις ἐπίστευσε,
καὶ ἑαυτῷ ἀνθρώπῳ ὤν, καὶ
ἀνθρώπου σῶμα ἔχων, καὶ δι-
τέλεσεν, ἀχὼς ἀπλησιάστι αὐ-
τῷ χρώμενον, ἀλλως ἔτι δὲ
ἄν ἄλλως λέγῃ, καὶ ἀλουᾶς
κατηγορῇ, λέγοντος χαίρει, τὸν
δὲ νοῦν ἴσως σ' ἔχει. ἔρωτα. ὑ-
μᾶς δ' ὦδε τούτοις ψηφοφο-
ρήσαντ. Στοά. μηδαμῶς, ἀλ-
λ' ὀλίγα μοὶ συμβιβάσαι ἔστι
τρίψατ. Ἐπί. ὀρώτησον· ἀσ
πκρινοῦμαι γάρ. Στοά. καλ-
ὸν ἔγῃ τὸν νοῦν; Ἐπί. ναί.
Στοά. τῶν ἀλουᾶν δὲ ἀγα-
θῶν; Ἐπί. πάνυ μὲν οὖν.
Στοά. τί δὲ, οἶδα ὅ, τι διάφ-
ορον καὶ ἀδιάφορον, καὶ προη-
γμένον καὶ ἀποπροηγμένον;
Ἐπί. μάλιστα. Ερ. ὅ φασιν, ὦ
Στοὰ, σωπᾶναι οἱ λιπαρὰ τὰ
δισύλλαβα ταῦτα ὁρωτήματα. ὥστε ἡσυχίαν ἄγετε, ψηφο-
φορήσοντες γάρ. Στοά. καὶ μὴν ἐ-
ρήτησα ἄν, εἰ συμπρώτησα

animaduertens corpus suum diuersam à Stoa philosophiam sequi, & contraria statuere, ibi magis quàm istis credidit: atq; ita sibi persuasit, homo cum esset, etiã corpus humanum habere sese: uixitq; exinde non ut statua illo utens, sed hoc sciens, quòd quicunq; aliter dicit, ac Voluptatem accusat, uerbis quidẽ delectetur, animũ aũt illuc cõuersum habeat. Dixi. Vos aũt ob hæc sententiã ferte. STOA. Nequaquam, sed pauca etiã interrogare mihi permittite. EPIC. Interroga: respõdebo enim. STOA. Malumne putas laborẽ? EPIC. Etiã. STOA. Voluptatem autem bonum? EPIC. Atque admodũ. STOA. Quid autem? Scisne quid sit differens, uel indifferens, et promotũ, uel reiectũ? EPIC. Maximè. MER. Negant se Iudices intelligere, Stoa, dissyllabas istas interrogationes: quare silentiũ agite. Iam. n. sententiã ferẽt. STOA. Atqui uicissem sanè, si interrogaßẽ

ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἀναπαλίν-
πτων σχήματι. ΔΙ. τίς ὑπο-
ρίσχῃ; ΕΡ. πάσαις ἡδονή.
ΣΤΟΑ. ἐφίημί σοι τὸν Δία.
ΔΙΑ. τύχῃ τῇ ἀγαθῇ· σὺ δ' ἄλ-
λους πάλει. ΕΡ. περὶ Ἀριστίπ-
που Ἀρετὴ ἡμῖν Τρυφὴ, καὶ Ἀ-
ρίστιππος δι' αὐτὸς παρίστω.
ΑΡ. πρεσβύω ἐμὶ χρὴ λέ-
γειν, τὴν Ἀρετήν· ἐμὸς γάρ
ὄστιν Ἀρίστιππος, ὡς δηλοῦ-
σιν οἱ λόγοι, καὶ τὰ ἔργα. ΤΡΥ.
εὐμαθέως, ἀλλ' ἐμὶ τὴν τρυ-
φὴν· ἐμὸς γάρ ὁ ἀνήρ, ὡς ἴστιν
ἐρᾶν ἀπὸ τῶν στεφάνων, καὶ
τῆ πορφυρίδος, καὶ τῶν μύ-
ρων. ΔΙ. μὰ φιλονικῶντι· ὑ-
ποκρινάσεται γὰρ καὶ αὕτη ἡ
δίκη, ἵν' αὖ ὁ Ζεὺς δικάσῃ περὶ
τῦ Διονυσίου· παραπλήσιον γάρ τι καὶ τοῦτο ἔοικεν ἔσε-
σθαι. ὥστι αὖ μᾶλλον ἡ Ἡδονὴ ἡμα-
τύσῃ, καὶ τὸν Ἀρίστιππον ἕξει
ἡ Τρυφή. νικώσης δὲ αὖ τῆς
Στοᾶς, καὶ αὖτος ἴσται τῆς
Ἀρετῆς λειποψυχός. ὥστι ἄλ-
λοι

in tertia figura, eorum uide licet quæ demonſtrari non poſſunt IVST. *Vtra ſuperauit?* MERC. *Voluptas calculis omnibus.* STOA. *Prouoco ad Iouem.* IVST. *Bona ſanè fortuna, ut lubet. Tu uerò alios accerſe.* ME. *De Ariſtippo contendentes Virtus atq; Mollicies, et Ariſtippus uerò etiam ipſe adſto.* VIRTVS. *Priorem me dicere conuenit, Virtutem uidelicet. Meus enim eſt Ariſtippus, perinde atq; indicant ſermones, & opera.* MOL. *Haudquaquam, ſed me potius. Meus enim eſt homo ille, quemadmodum uidere licet ex coronis, & purpura, & unguentis.* IVST. *Ne ambitioſe adeò contendite. differetur enim & hæc cauſa eò uſq;, dum Iupiter de Dionyſio ſententiam ferat. Non enim diſſimile quippiã hoc quoq; uidetur eſſe. Quare tũ quidẽ, ſi Voluptas uicerit, etiã Ariſtippũ Mollicies habeb it. Vincente aũt cõtrà Stoa, et hic erit Virtuti cõdẽnatus. Proinde*

alij

λει παρίσασαν. τὸ δᾶνα μέ τοι μὴ λαμβάνοιτο ὗτοι τὸ δικαστικὸν· ἀδίκαστ' ἂν ὁ δίκη μηδέποτε αὐτοῖς. Ερ. μάτην οὖν ἀνηλάληθότες ὅσοι γεγόντες ἀνάβασιν; Δί. ἱκανὸν, ἢ ἡμιτιμόριον λάβοιεν. ἄπιτι, μὴ ἀγανάκτει, ἀλλ' ὅσον δικάσατι. Ερ. Διογένη Σινωπέα παρᾶναι καιρὸς, ἢ σὺ τοῦτο ὁ ἀργυραμοιβικὸ λέγε. Δι. καὶ μὰν ἀλλ' ἔγωγε μὴ παύσεται ἐνοχλοῦσα, ὦ Δίκη, ἕως ἔτι δρασμῷ δικάσιτά μοι, ἀλλὰ πολλῶν ἢ βαθέων τρωμάτων ἐγὼ γὰρ αὐτίκα μάλα κατάξω τῷ ξύλῳ. Δί. τί τοῦτο; ἀπόφυγε ὁ ἀργυραμοιβικὸ, ὁ δὲ δίκαιος, ἐπιμελέος τὸ βάκτρον, οὐ μετρίου τινὸς ἀνδρὸς ἡμῖν λήψεσθαι τὸν Πύρρωνα πάντως. Ερ. ἀλλ' ὁ μὲν γραφικὸ πάρεστιν, ὦ Δίκη, ὁ Πύρρων δὲ οὐδὲ πόδα ἐπὶ τοῦτο προέβη. Δί. διὰ τί, ὦ

alij adsunto. Istud autem ne accipiant hi, iudiciale præmiũ puta. Nã causa hæc incognita & indiscussa mã sit ipsis. MERC. Frustrane igitur per longam adeò atq; accliuem uiam ascenderint uiri hi senes? IVST. Abundè est si tertiam etiam partem acceperint. Abite, ne indignemini, aliàs iterũ iudicabitis. MERC. Diogenem Sinopensem adesse tempus est. Actu itaq; Mensaria dic. DIOG. At uerò nisi desinat molesta esse, Iustitia, non amplius de fuga mecum apud iudicem aget, sed de multis atque altis uulneribus. Ego enim quamprimùm adeò fuste hanc contundã. IVST. Quid hoc rei est? profugit Mensaria: ille autem sublato baculo insequitur. Haud mediocre malum aliquod uidetur misera illa acceptura esse. Pyrrhonem proclama. MERC. At pictoria quidem iamdudum adest, Iustitia: ipse autem Pyrrho principiò ne ascẽdit quidẽ huc. Ac uidetur hoc facere. IVST. Qua de causa

Mer-

Ἑρμῆ: Ερ. ὅτι οὐδὲν ἡγοῦ-
μαι πρᾶγμα εἶναι δικαιότερον.
Δι. τοιγαροῦν ἄρξομαι αὐτῆ
καταλιπασάτωσαν. τὸν λόγο
γράφον ἤδη πάλαι τὴν Σύρον,
καὶ τοι πρώην ἀπωλίχνευσαν
κατ' αὐτῆ αἱ γραφαὶ, κ) ὁ Δίμ
ἔπεμψε ἤδη κηρύξαι. πλὴ
ἀλλ', ἵνα ἴδωμεν, πρότερον ἅπα
σαγε τὴ ῥητορικῆς τὴν δίκην.
βαβαὶ, ὡς σωκοφαντοῦσιν
ὑμῖν τῶν ἀνθρώπων; Ερ. ἀκού-
σατε, ὦ Δίκη, τί γὰρ μὴ ἐν
λόγῳ ἐστὶ τῶν πρίσιν, ἀλλὰ
καινὴ καὶ ξένη, χθὲς, ὥ-
σπερ ἵφυς, ἐπηγγελμένη, κ)
τὸ ἐλπίζειν ἀκούσεσθαι ῥητο
ρικῆς μὲν καὶ διαλόγε, ἐν τῇ
μὲ σε κατηγορούσῃ, ἀπολο
γουμένου δὲ περὶ ἀμφοτέρας
τοῦ Σύρε, τοῦτο πολλοὺς ἐπή-
γαγε τῇ δικαστηρίῳ. πλὴ ἀλ
λὰ ἄρξαι ποτὲ, ὦ Ρητορικὴ,
τῶν λόγων. Ρη. πρῶτον
μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,
τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ
πάσαις

Mercuri? MERC. Quia
nullum putat iudicium aut
forum uerum esse. IVST.
Proinde contumaciæ poenam
condẽnent. At iam i scripto
rẽ prosæ orationis syrum
illum accerse. Quanquã nu
per adeò actiones contra ip-
sum bæ delatæ sint, & nio
hil necesse erat tantopere
festinari, atque eam tam ſta
tim disceptari: ueruntamen
quia ita uisum est, priorem
introduc Rhetorices cau
sam. Papæ, quàm multi ad
audiendũ cõuẽnere? MER.
Meritò, iustitia. Nam hoc
ipsum quòd actio hæc mini
mè uetus aut obsoleta est,
sed nouaac peregrina, heri,
quemadmodũ ais, primùm
intentata: deinde quòd &
sperant audituros se esse
Rhetoricã quidẽ atq; Dia-
logum per uices accusan-
tes, utrisque autem Syrum
respondentem, multitudi-
nem tantam ad iudicium contraxit. Veruntamen incipe
tandem Rhetorica causam dicere. RHETOR. Principiò quidem, uiri Athenienses, deos dessq; precor omnes,
ut quanta

πάσας, ὅσην εὔνοιαν ἔχουσα διατελῶ τῇ τι πόλει, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην παρέξεσθαι μοι παρ' ὑμῶν εἰς τοῦτο τὴν ἀγῶνα. εἶτ', ἐπειδὴ δίκαιόν μάλιστα λέγεται, τοῦτο παρὰ τῶν θεῶν ὑμῖν τὸν μὲν αὐτίκα μὲν σιωπᾶν κελεύω, ἐμὲ δέ, ὡς προοίμιον, καὶ βιβούλομαι, τὴν κατηγορίαν ἐᾶσαι ποιήσασθαι. οὐχὶ ταυτὰ δέ μοι παρίσταται γιγνώσκειν, ὅταν τι εἰς ἃ πέπονθα ἀναβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω. τοὺς μὲν γὰρ λόγους, ὡς ὁμοιοτάτους τοῖς ἐμοῖς, οὕτω ὁρᾶ πρὸς ὑμᾶς· τὰ δὲ πράγματα εἰς τοῦτο προήκοντα ὄψεσθε, ὥστε ἴσως μὲν χαλεπόν τι πάσομαι πρὸς αὐτοῦ, σκέψασθαι δίκην. ἀλλὰ γάρ, ἵνα μὴ μακρὰ προοιμιάζωμαι, τοῦ ὕδατος πάλαι ἐπὶ ῥοῦν, αἰτίαν μοι δοκεῖ κατηγορίας. ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, τόν τε νόμον μὴ μεγάλην ὄντα, βάρβαρον ἔτι

ut quanta ipse benevolentia affectus sum erga hanc ciuitatem, ergaq; uos omnes, tantam à uobis ad præsens certamẽ hoc consequi possim. Deinde, quod ἐστ æquũ maximè, id uobis in mentẽ à Dijs immortalibus dari, ut aduersarium quidem silentium agere iubeatis: me uerò, quemadmodum constitui, mecumq; ipse deliberaui, accusationẽ peragere posse faciatis. Cæterùm haudquaquã eadem in mentem uenit statuere, quoties ad ea quæ passus sum aspicio, & ad orationem ac uerba quæ audio. Nam uerba quidem quàm simillima meis, iste ad uos faciet: res autem eò usque processisse uidebitis, ut mihi iam necesse sit spectare ne quid peius etiam ab ipso mihi accidat. At enim ut ne longiore procemio utar, aqua iamdudum frustra effluente, accusationem ipsam incipiam. Ego enim, uiri Iudices, hunc, cum admodũ adhuc adolescẽs esset, neq; nõ barbarè etiamnum

ἔτι τῶν φωνῶν, καὶ μονονυχὶ λαλούντων ἐνδυόμενος, ἐς τὸν Ασσύριον τρόπον, περὶ τὴν Ιωνίαν ἰόντα, πλανώμενον ἔτι, καὶ ὅτι χρήσιμα τὰ ἑαυτῷ, οὐκ ἀλόγως παραλαβόντα ἐπαίδευσα, καὶ ἐπιμελῶς ἐθρέψαμεν ὑμῖν σύμμαθης ἅπασι, καὶ ἀτρυφῆ ἐρᾷν δὲ ἐμοὶ (κἀπιστάσί τι γὰρ ἔτι τότε, καὶ ἐθράπευε, καὶ μόνῳ ἐθαύμαζεν) ἀπολιπόντα τὰς ἄλλας, ὁπόσαι ἐμνήστευόν με πλούσιαι καὶ καλαὶ, καὶ λαμπροὶ τὰ πρόγονικά, τῷ ἀχαρίστῳ τούτῳ ἐμαυτὸν ἐνεγγύησα πένητι καὶ ἀφανεῖ, καὶ νέῳ, πρόσφατα ἐμπεφυγαδευμένῳ, πολλῶν καὶ θαυμασίων λόγων. ἅτα ἀγαγόντα αὐτὸν εἰς τὰς φυλέτας τὰς ἐμὰς, ἵνα ἐγγράψωμαι, καὶ αὐτὸν ἀπίφηνα, ὥστε τὸν διαμαρτόντας δὲ ἐγγύης ἀπεπνίγεσθαι. δέξασθαι δὲ αὐτῷ πρίνοσθαι, ἐπιδέξασθαι μέν τε γάμου τὴν ὑπεροχὴν, δεῖ τότε πρισπλάσθαι, ἀλλὰ

etiamnum loqueretur, ac tantum non Candyn indutus, Assyriorum more incederet, circa Ioniam inuentũ, errabundum adhuc, et quid de se ipso statueret, nescientem, ad me receptum educaui: & quia uidebatur mihi ingenio admodum promptus, & ad discendum appositus esse, meq; fixis in me oculis intueri (nam & uerebatur adhuc tum me, & colebat, ac solam in admiratione habebat) relictis cæteris quotquot nuptias ambibant meas, diuites atq; formosi, et quod ad maiores attinet, etiam illustres, ingrato huic me ipsam despondi, pauperi uidelicet, & obscuro, & adolescenti: dote haudquaquam exigua insuper allata, multis & admiratione dignis orationibus. Post hæc adducto eo ad contribules

meos, nomẽ eius in tabulas tacitè retuli, ac ciuẽ reddidi: utiq; qui à spe desponsationis meæ exciderant, exinde suffocarẽtur. Porrò cũ ipsi uisum esset terrarũ orbem circũuagari, sollicitatẽq; cõiugij passim ostẽtare: ne tũ quidẽ à tergo relicta

ωασπαχῆ ἐπιμελέα, ἄνω κὴ κάτω περιαγόμενον, κὴ ἐλαύνοντα αὐτὸν, κὴ ἀσίδιμον ἐποίουν, λαμπρυνόμενος κὴ περιστέλλοντα. κὴ τὰ μὲν ὧδε ἔχει Ἑλλάδι κὴ ἐν Ἰωνίᾳ μέτρια, ἐς δὲ τὴν Ἰταλίαν ἀποδημῆσαι ἐβουλήσατο αὐτῷ τὸν Ἰόνιον συνδιαπλεύσαντι, κὴ τὰ τελευταῖα, μέχρι τῆς Κελτικῆς συναπέρασε, συνεπαδὰν ἐποίησε. κὴ μέχρι μὲν πολλῶν τούτων μοι ἐπάθετο, κὴ συνεθῶ μοι, μηδαμίαν νύκτα ἀπὸ πάντων γιγνόμενον παρ' ἡμῶν. ἐπεὶ δ' ἐκαστῶς ἐπιτείσατε, κὴ τὰ πρὸς τὴν δυδοξίαν οὐκ ἔχειν αὐτῷ ἐπιλαβεῖ, τὰς ἀρρῦς ἐκφέρας, κὴ μυγαλαφρὸν ὑπόσας, ἐμὲ μὲν ὀμίλησι, μᾶλλον δ' τίλιον ἑαυτῷ ἀδ' τὴν γνῶτιν ἐκείνου, τ' ἀπὸ τ' σχήματος, τ' διάλογον, φιλοσοφίας υἱὸν ἅπαντα λογιζόμενον, ὑπερασπάσας μάλα ἀφωτιῶτε,

sum, sed quoquouersum se quens, sursum atq; deorsum circunducebar, clarũq; ipsum ac celebrem faciebam, ornando pariter & componendo. Atque ea quidem quæ in Græcia & in Ionia acciderunt, mediocria sunt: postquam autem & in Italiam proficisci statuit, unà cum eo Ionium mare traiecit: & postremò usq; in Gallia unà progressa, diteſcere ipsum feci. Ac in longum quidem usque per omnia mihi obtemperabat, & conuersabatur mihi, ne unam quidem noctem extra lectũ à nobis diuertens. At ubi iã abundè uiaticum sibi comparasse uisus est, & quantum ad famam & existimationẽ attinet, rectè sibi omnia habere credidit: adductis supercilijs, & elatum præ se animum ferens, me quidem neglexit, imò uerò prorsus missam fecit: ipsum uerò barbatum illum, ex habitu conspicuum, Dialogum uidelicet, quem philosophiæ filium esse perhibent, suprà quàm decet amando, atq; admodum amatoriè prosequendo, na-

ἅπᾶς, πρισβύτερον αὐτῆ ὄντα, ἧττον σώφρονι. ἢ ὃν ἀσχρώτη, τῶν μὴ ἐλευθερίαν, καὶ τὸ αὐτοῦ τῶν ὑμῖν λόγων σωμα τὸ μὲν, εἰς μικρὰ δὴ καὶ λεπτὰ διαιρήσας λαλακλάσας ἑαυτὸν, καὶ αὐτὴ τὸν λόγον ἴ, τι βάλλεται μιγάλη τῇ φωνῇ, θραχᾶς τινας λόγυς ἀναπλέκων, καὶ συλλαβίζων, ἀφ' ὧν ἀθρόᾳ μὴ ἔπεσιν, ὃ μέτρον πολὺς ὁ καὶ ἀπαθύσεσθαι αὐτῷ, μεθέλεμα ἢ παρὰ τὸν ἀκούοντων, ἢ τὸ ἐπισθεῖσα τῶν χεῖρα ἐντὸς τὸ ὄρων, καὶ μακρὰ ἐπιβοῦσαι τῇ ἀιφαλῇ, καὶ ἐπιστενάξαι τοῖς λεγομένοις. τοιούτων ἠράσθη ὁ γενναῖος, ἐμοῦ διαφρονήσας· φασὶ ἢ αὐτὸν μηδὲ πρὸς τὸ ἱρώμενον τοῦ ἀφίναι ἄγειν, ἀλλὰ ἢ ἐς ἐαῦτον, οἶμαι, ὑβρίζειν. πῶς οὖν ὁ ἀχάριστος οὗτος, καὶ ἔνοχος τοῖς περὶ ὕβεως νόμοις; ἐς

do, natu quàm ipse est, grãdiorem: cum eo nunc consuetudinem habet. Neq; pudet ipsum libertatem quidẽ hanc orationis meæ, qua uelut laxatis habenis solutà ac libera fertur, concidere, in paruas autẽ & perbreuia cõmata tractandas quæstiones seipsum includere. Ac pro eo quod licitum ipsi fuerat, quodcunq; libuisset, plena ac sonora uoce eloqui, breues quasdam sententiolas inter se implicare, & quasi per syllabas numerare. Vnde sanè conferta quidem laus aut multus applausus baud quaquam obuenerit ipsi, irrisio uerò auditorum nonnulla, & attollere manum, intra fines tamen, & longè annuere capite, et ingemiscere dictis. Talia nimirum sunt quibus generosus iste amatus me contempsit. Aiunt autem ipsum ne cum isto quidem amasio suo pacem agere, sed & erga illum contumelioſè opinor, se gerere. Quomodo igitur nõ ingratus, atq; obnoxius ijs quæ de mala tractatione sancita sunt legibus censendus fuerit,

ἢ τῷ μὲν νόμῳ γαμετῇ, παρ' ἧς τοσαῦτα ἔλαβε, καὶ δι' ἣν ἐνδοξός ἐστιν, οὕτως ἀτίμως ἀπέλιπε, καὶ ἀλλοτρίων ὠρέχθη πραγμάτων, καὶ ταῦτα νῦν, ἀπόντι μέλλων ἐμὶ θαυμάζεσι, καὶ ἐπιγράφουσιν ἅπαντες προστάτην ἑαυτῶν. ἀλλ' ἐγὼ μὴ αὐτίχα, τοσούτων μυκωμένων, καὶ κόπτεσιν αὐτοῖς τὴν θύραν, καὶ τοὔνομα ἐπιβοωμένοις μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ἅτι αὐοίγαμ, ἅτι ἀνακόψω βέλομαι· ὁρῶ γὰρ αὐτοὺς ὀλίγῳ πλείονα βοῆς νομίζοντας. ἔτ' ἐμὶ ὀλί ἄτως ἐπιτρίφιτ' πρὸς ἐμέ, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐρώμενον βλέπει, τί, ὦ θεοί, χρηστὸν παρ' αὐτῷ λήψεσθαι προσδοκῶν; ὃν τὸ τρίβων ὄλίγ' ὀρᾷ πλέον ἔχοντα. εἴρηκα, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὑμᾶς ἐγώ, ἢν εἰς τὸν ἐμὸν τρόπον τῶν λόγων ἀπολογεῖσθαι θέλῃ, τοῦτο μὴ ἐπιτρέπετε. ἄγνωμον γάρ, ἵν' ἐμὶ τῷ ἐμῷ μάχαιραν ἀκονήσω. δικαία γ' ἂν τἀμοῦ ἐρώμενον, εἰ διάλογον, ἔτ' ἀπολο

qui legitimè quidem nupta, à qua tanta accepit, & per quam nobilis et clarus adeò est, ita ignominiosè reliquit, ac nouas atque alienas res appetiuit, idq; nunc, quando solam me cuncti mirantur, & ueluti præsidem suum, scripto testantur? At ego qui dem repugno tot procis ambientibus me: & pulsantibus ianuam illis, ac nomine inclamantibus me uoce elata ac magna, neq; aperire uolo, neq; etiam exaudire. Video enim illos nihil amplius clamore isto hinc auferre. Iste uerò etiam ne sic quidem ad me reuertitur, sed ad amasium illum suum respicit: & quid tãdem boni, ô dij, ab eo accepturum sperans, quem præter pallium habere uidet amplius nihil? Dixi, uiri Iudices. Vos autem si meo isti orationis atq; uerborum modo respõdere uoluerit, ne permittite. Iniquum enim foret meam contra me machæram acui. Sed iuxta amatum à se Dialogum illum respondeat, si potest.

γάδω, ὦ ἀνώτατα. Ερ. τοῦτο μὲν ἀπίθανον· ὑγὼ οἶδά τι, ὦ Ρητορικὴ, μόνον αὐτὸν ἀπολογεῖσθαι κατὰ σχῆμα τῆς λέξεως, ἀλλὰ ῥᾴδιον ἡδὲ αὐτὸν ἀπάτα. Συ. ἐκὰ γὴ τοῦτο, ὦ οὗ ἄρδρ, ὑ αὐτίδικον ὑγανάκτησον, ὡ μακρῷ χρήσομαι τῷ λόγῳ, ἢ αὐτὸ τὸ δικάσασθαι λέγων παρ' ἐκείνης λαβὼν πολλὰ μὴ ἐκ ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς, τὰ δὲ ἱερφάλαια ὑ αὐτὰ ἐπαινσάμενον ὑ τῆς ἐπαιγορυβίνεσθαι, ὑμῖν ἀποδιδόντα σκοπεῖν περὶ ἀπάντων. πάντα γὰρ, ὁπόσα διηγήσατο τοῦ πρὸς ἐμὲ, ἀληθῆ ὄντα διηγήσατο. ἢ γὰρ ἐπαίδευσι, ἡδὲ συναπολλύμενος, ἢ εἰς τὸς Ελλησας ἐνίγραψι, ἢ κατά γε τὸ χρέων αὖ ἀλλάλῳ τῷ γάμῳ. δι ἓς ὑ αἰτίας ἀπολιπὼν αὐτὸν, ὧδε τετοιῆ τὸν Διάλογον ἐραπόμλω, ἀκήσατε ὦ ἄνδρες δικασταί, καί μι μεδὲν ἦ χρεσίμως ἵνα. ψεύδεσθαι ἐπολάβοιτε.

test. MBR. At hoc quidem non persuadebit, Rhetorica. Neq; enim fieri potest ut hic solus iuxta formam & morem dialogi respondeat, sed perpetua oratione ipse quoq; dicat. SY. Posteaquam, uiri Iudices, hoc quoq; malè habet aduersariam, si longiore paulo oratione utar, ipso quoq; eo quod dicere possum, ab illa accepto, multa quidem uerba apud uos haudquaquam faciã: capita uerò ipsa dissoluendo, eorum de quibus ille me accusauit, uobis uniuersum negocium exinde inspiciendum ac perpendendum relinquã: omnia enim quæcunq; modò de me narrauit, ita ut sunt, ac uerè narrauit. Nã & educauit me, & mecum unà quocunque abijt profecta est, & Græcorũ ciuitati adscripsit: eoq; certè nomine etiam gratiã lubẽs egerim nuptijs istius. Cæterùm ob quam causs. ea relicta ad Dialogũ hũc diuerti, de eo quæso, uiri Iudices, ut me paulisper audiatis. Ac me cõmodi alicuius gratia nihil quic

βιετι. ἐγὼ γὰρ, ὦ ξεῖν', ταῦτ' ἐκεῖνα σωφρονεῖν ἔφην, ἀλλ' ἐμμελῶς ἔχειν ὧδε τῇ κοσμίᾳ σχήματος, οἷον πρὸ τοῦ κεχρωματισμένῃ αὐτὴν ἡ Παιανιὰς ἐκάνης ὑπαγάγοιτο, κοσμουμένῃ δ', ἢν τὰς τρίχας ὑπὸ τίθεσθαι ἐς τὸ ὕπερ ἐκεῖνα, καὶ φυκίου ἐντρίβεσθαι μέλαν, καὶ τὼ ὀφθαλμὼ ὑπογράφεσθαι μέλαν, ὑπὸ πλοκάμου ἀβύσσου, καὶ παρηφυλακτῆσθαι, ὅπως τὸν ἐρυθρὸν φύσει. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ, ἅπερ ἐκάστῃ δῆτα νύκτα, ἃ μὴ σχεπτὸν ἐμοῦ ἐνεπίμπλατο μυθούντων ἐραστῶν, ὧν μαλθάττων ἐπ' αὐτῶν, καὶ καπήλευτον τῶν θύρων, ἐνίων δὲ καὶ ἀοβιάβλητα σωὶ ἐδρᾶν πόσμου τολμώντων· αὐτὴ δὲ ἐγέλα, καὶ ἦλτο τοῖς ἁμιλλήμασι. καὶ τὰ πολλὰ δὲ παρεκύπτεν ἀπὸ τῆς θύρας, ἐξαίνων ἀκίνακα τραχείᾳ τῇ φωνῇ· ὡς δέ τινας ἐρωτικὰς, ἃ καὶ παρεκύγχανε τοῖς θυρίδας, ἐμὲ οἰομένη λεληθέναι, ἐπήλυχνεν, ἢν ἐμοιχεύετο πρὸς αὐτῶν. ἅπερ ἐγὼ μὲ

quam falsi dicere existimetis. Ego enim cum viderem hãc haudquaquam amplius temperantem esse, neq; etiã in eo modesto habitu permanere, quo olim ornatam ipsam Pæanienſis ille duxerat, comptam autem, & capillos meretricio more collocantem, præterea fuco illitam, & genas ceruſſa quoque pingentem: ſuſpicari ſtatim cœpi, ac tacitè obſeruare quorſum uerteret oculũ. Ac cætera quidem miſſa facio: ſingulis autem noctibus angiportus quidem noſter replebatur amatoribus temulentis, & laſciuè erga illam petulanterq; multa agẽtibus, ac fores pulſantibus, quibuſdam uerò etiam ui in trò ſeſe citra omnem modeſtiam ferre audẽtibus. Hæc autem ridebat, & ijs quæ agebantur, delectabatur, ac plerunq; uel de tecto proſpiciebat, canentes illos aſpera uoce cantilenas quaſdã amatorias auſcultãs: uel etiã apertis clàm foribus, dum me latêre iſta putat, laſciuè ſe gerebat, et ſtuprabatur ab illis. Quod cũ ego ferre

φέρειν, γράψασθαι μὲν αὐτὴν μοιχείας ἐν Ἀδειμάντου, ὡς γε τότε μὲν οἰκοῦντι τῷ Διαλόγῳ προσῆλθον, ἐξίουσι δὲ ἐπεβλήθη μοι ὑπ' αὐτῆς. ταῦτά ἐστιν, ἃ ἐγὼ τὴν Ῥητορικὴν μεγάλα ἠδίκημαι. καί τοι οὐ περὶ μικρᾶς αὐτῆς ἦν τοῦτο ἐπίπραξε, καίτοι οὐχί μοι, καὶ περὶ ὀλίγου τεθαρρηκυῖα ἐτυγχάνον γεγονὼς θορύβων μὲν ἐκείνων, καὶ διώξεων ἀπηλλάχθαι, καὶ τὰς ἀῤῥᾳστίας ἀπολιμπάνειν ἐμοὶ δοκῶ, καὶ τυραννικὰς καὶ δημοκρατίας, καὶ ἀριστίνδην ἐκκλησιάζειν ἀναγιγνώσκοντι, εἰς δὲ τὴν Ἀκαδημίαν, ἢ εἰς τὸ Λύκειον ἐλθόντα, τῷ βελτίστῳ τούτῳ Διαλόγῳ συμπεριπατεῖν, ᾠρέμενον συνδιαλεγόμενον. πολλὰ ἔχων ἐπεῖν, ἅδομαι ὑμᾶς ἤδη πόρρω τῶν ψήφων ἐνεγκάσης. Δι. τίς λέγειν; Ερ. πάσας ὁ Σύρος, πλὴν μιᾶς. Δι. ἐμοὶ μὲν τοίνυν ἄνδρες δικασταί, ἔτι ἐστὶν ἃ

ferre non possem, accusare quidem ipsam adulterij non placebat: ad Dialogum autem hunc in uicino habitantem accedens, rogabam ut is me recipere uellet. Atque hæc illa sunt, Iudices, quibus ego tanta iniuria Rhetoricam affeci. Quanquam etiam si nihil tale ab ipsa cõmissum esset: tamen, puto, deceret me, uirũ iam prope quadraginta annos natum, à tumultibus quidem istis et caussis agendis desistere, ac uiros iudices pati quiescere, cùm Tyrannorum accusationibus, tum optimatium laudibus euitatis: in Academiam autem uel Lycéum ingressum, cũ optimo hoc, Dialogo uidelicet, unà deambulare, paulatim ac sensim cũ eo disputãdo. Multa adhuc habens, Iudices, quæ dicere poteram, in præsentia quiescam. Vos autem sententiam iurijurando iusto consentaneam proferte. IVST. *Vter uincit?* MER. *Omnibus calculis Syrus, excepto uno.* IV. *Apparet rhetorem fuisse aliquem, qui contrarium*

τίαν βίμβρος. ὁ Διάλογος ὑδὲ τ αὐτῶν λέγε· ὑμᾶς δὲ πρι-
μένατι, διπλασίονα ἀποισό-
μβρον τὸν μισθὸν ἑκ' ἀμφοτέ-
ρως τὰς δίκας. ΔΙΑ. ἐγὼ
δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, μακρὰς
μὲν ἀποτείνειν τοὺς λόγους οὐ
αν ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ
λαλᾶ μικρὸν, ὥσπερ ἔωθα· ὑ-
μῶν δὲ, ὡς νόμος ἐν τοῖς δι-
καστηρίοις, οὕτω ποιήσομαι τὴν
κατηγορίαν, ἰδιώτης πανλάπα-
σι. καὶ ἔτυχον τῶν τοιού-
των ὤν, καί μοι δοκῶ ἔτι πρὸς
ὑμᾶς τὸ προοίμιον. ἃ δ' ἐδίκη-
μαι, οὐ περιβρεσμαι πρὸς τὰ
τε, ταῦτά ἐστιν, ὅτι μι συμβαί-
νοις ὄντα, καὶ θεῶν τέρι, καὶ
φύσεως, καὶ δὴ τῶν ὅλων πε-
ριόδῳ σκοπέμβρον, ὑψηλὸν,
ἄνω τε τῶν νεφῶν ἀδρόβατο
τοιοῦτο, ἔνθα ὁ μέγας ἐν ἁρα-
τῷ Ζεὺς, πλουτὸν ἅρμα ἐλαύ-
νων φέρετ, διαβαπάσας αὐ-
τὸς, ἤδη διὰ τῶν ἀψίδα πε-
μένον, οὐ ἀναβαίνοντα ὑπερά
νω τῦ ἠθέρος, καὶ τὰ πέρα

trarium tulit. Hem Dialo-
ge, sub ijsdem iudicibus dic
tu quoq; Vos autem sedentes manete, duplicem acceptu-
ri mercedem, pro utraq; uidelicet lite. DIA. Ego
uerò, uiri Iudices, longiorē quidem proferre orationem apud uos haudquaquam statueram, sed breuibus uerbis, ut consueui, rem expedire: ueruntamen uti lex est in iudicijs, ita peragam accusationem: quanquam imperitus plane, atq; istarum rerum indoctus sim. Atq; hoc ad uos exordium peractum mihi sit. Quæ uerò per iniuriam & contumelioſe ab hoc passus sum, ea ita se habent. Nam me, cum grauis antea ac uenerandus essem, ac de dijs pleraque, & natura, & uniuersi huius ambitu considerarem, sublimis supra nubes alicubi per aerem incedens, ubi magnus ille per cœlum Iupiter alatum currum agens ferturs abstractum inde ipse, cum iam in summa conuexitate polarem, atque ultra cœlum ascenderem, & alis confra-

ctis,

φωτρίψας, ἰσοδίαιτον τοῖς πολλοῖς ἐπέφηνε· καὶ τὸ μὲν τραγικὸν ἐκεῖνο, καὶ σωφρονοῦν πρόσωπον ἀφεῖλε μοι, τὸ μικὸν δὲ ἄλλο, καὶ σατυρικὸν ἐπέθηκέ μοι, καὶ μικροῦ δεῖν γελοῖον· ἅτά μοι τε τὸ αὐτὸ φέρων, συγκαθεῖρξέ μοι τὸ σκώμμα, καὶ τὸν ἴαμβον καὶ λιωισμὸν, καὶ τ' Εὔπολιν καὶ τ' Ἀριστοφάνη, λαιτὰς ἀνδρας ἐπαφροδιτοποιοῦσα τὰ σκώμματα, καὶ χλιδάσασα τὰ λακῶνα ἔχοντα. τί λαυτάτων ἦ, καὶ Μενίππόν τινα, τῶν κυνικῶν λιωῶν μάλα ὑλακτικὸν, ὡς δοκῶ, καὶ πάχαρον ἀνορύξας, καὶ τέτον ἐπεσύγαγέ μοι, φοβερόν τινα ὡς ἀληθῶς λύσσαν, καὶ τὸ δῆγμα καθαρώτατον, ὅσῳ καὶ γελῶν ἅμα ἐδάκνει. πῶς οὖν ὁ δηνὰ ὕβρισμα, μικτὸν ὑπὸ τ' εἰκότος σχήματος καὶ διακόμψε, ἀλλὰ λιωμφλῶν καὶ γελωτοποιῶν, καὶ κυβίστης ἀλλοκότως ἐπονηρεύεται, æqualem & eiusdem conditionis cum multitudine promiscua fecit. Ac tragicam quidem illam atque modestam personam abstulit mihi: comicam uerò aliã, atq; satyricam quandam imposuit, ac tantum non ridiculam. Deinde in eundem locum ad me adducta, conclusit mecum Conuiciũ, Iãbum, Cyntcam petulantiã: præterea k Eupolin & Aristophanẽ, uehemẽtes uidelicet uiros ad exagitandũ gratia illa, et ad irridendum ea quæ præclara ac pulchra sunt. Postremò autem & Menippo quodam ex antiquis illis canibus admodum latratu facili ac prompto, ut uidetur, deinde mordaci atque aspero quoque effosso, hunc quoq; ad me introduxit, terribilem reuera canem, & morsu latenter inuadentem, eo nimirũ quòd etiam ridendo pariter mordeat. Proinde quomodo non graui contumelia affectus uidear, qui neq; familiari ac proprio habitu amplius cõspicior, & comœdias agendo, ac risus ciendo, argumentaq; aliena tractando, quasi quendã bistrionem

νίμμαι & αὐτῷ; τὸ γὰρ πάντων ἀτοπώτατον, ὁρᾶσίν τινα παράδοξον καὶ καινήν, καὶ ὅτι μισός εἰμι, καὶ ὅτι οὐδὲ τῶν μιτρώων βέβηκα, ἀλλὰ ἱππικὸν πάνυ λέγω, συμβιτόν τι, καὶ ξένον φάσμα τοῖς ἀκούσασι δοκῶ. ΕΡ. τί οὖν πρὸς ταῦτα φῂς, ὦ Σύρι; ΣΥ. ἀπροσδόκητον, ὦ κάθεδρε δικασταί, τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἀγωνίζομαι παρ' ὑμῖν. πάντα γοῦν μᾶλλον ἂν ἔλπισα ἢ διάλογον, ὃν τοιοῦτα ἱρᾶν πρὸς ἐμέ, ὃν παραλαβὼν ἰσως σκυθρωπὸν ἐπὶ τοῖς μελλοῖς δοκοῦντα, καὶ ὑπὸ τῶν συνιόντων ἐρωτήσεων ὅλως συγκεκυπτότα, νῦν ταύτῃ μὲν δοκοῦν μοι μὴ εἶναι δοκοῦντα, ἐν πάσῃ δὲ ἡδονῇ, ἐν δὲ τοῖς πλήθεσι διεχαρισμένον, πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ γῆς βαίνειν ἐς τὸ ἐμφανέστερον ἔθιζα τὸν τρόπον, μετὰ δὲ τὸν αὐχμὸν τὸ πολὺ, ἀποπλύσας, καὶ μαλακὸν διαναγνάσας, ἡδὺν τοῖς ἐρῶσι παρεσκεύασα. ἐπὶ πᾶσι illi me gero? Nam quod omnium absurdissimum est, temperatura quadam aliena ac noua mixtus sum, & neque pedestris amplius sum, neq; in sublimibus incedo: sed plane Centauri modo compositum quiddam ac peregrinum spectrum auditoribus appareo. MER. Quid igitur ad hæc dices Syre? SYR. In expectatum equidem, uiri Iudices, certamen hoc apud uos sustineo. Quid uis enim citius putaram Dialogum, quàm hæc de me dicturum esse. Quem ego susceptum tetricum adhuc plerisque apparentem, & præcontinuis interrogationibus præfractum ac durum, eoq; nomine uenerabundum quidem aliquid præ se ferentem, haudquaquam tamen omnino suauem, aut etiam multitudini acceptum, primò quidem ipsum per terram incedere ad humanum hunc morem assuefeci: postea autem squalore isto multo abstersо, & ridere ipso coacto, suauiorem ac gratiorem aspicientibus exhibui. Supra omnia

ἀλ, τῶν λυμῳδίαν αὐτῷ πα-
ρέξεται, καὶ διατὰ τοῦτο, πολ-
λὴν εἰ μαχεσώμενος τὴν εὔ-
νοιαν παρὰ τῶν ἀκουόντων· οἱ
γὰρ τὰς ἀκάνθας ἐν ᾧ αὐτὸ
τῷ διδύσθω, ὥσπερ τὸν ἰχθύν, λαβὼν αὐτὸν εἰς τὰς χεῖ-
ρας ἐφυπάτ]ουσ]ο. ἀλλ' ἐγὼ εἶδ' ὃ
ὅπερ μάλιστα λυπεῖ αὐτὸν, ὅτι
μὴ τὰ ἰσχνὰ ἐκεῖνα καὶ λεπ]ὰ
διαβήμεθ' πρὸς αὐτὸν ὁμο-
λογῶμεν, ἐ ἀβλαβέ]ως ἔ ψυ
χὴ, καὶ πόσας δοξάσας ἔθεν,
ἀνάτι τὸν κόσμον ἐργάσατο,
ἢ ἀμιγῆς, καὶ διᾶ]ὰ τὰ αὐτὰ ἐ-
χόντ' ἐσίας ἐνίκιχεν εἰς τ κρα
τῆρα, ἐν ᾧ πάντα ἐκρέουτο
το, καὶ ἐ ῥητορικὴ πολιτικῆς
μορίς ἄδολον, κολακείας τὸ τί
παρ]ον. χαίρει γδ, ἐκ εἶδ' ὁ-
πως, τὰ τοιαῦτα λεπ]ολογῶν,
διαβάπ]ει οἱ]ῶ ψόφῳ ἡδέως
ἐνόμενοι. καὶ τὸ φρόν]ισμα ἡ-
δὺ αὐτῷ δοκεῖ, καὶ μέγα φρονεῖ,
ὅτ λέγετ], ὡς ὁ παῖ]ὸς ἀνδρός
ἐστι σωτικῶν, ἃ περὶ τῶν ἐ-
λεῶν ὀξυλογεῖ. τοιαῦτα δοκα-

omnia autem Comœdiã cũ
ipso coniunxi, ac per hoc
multam illi beneuolentiam
apud auditores conciliauit
qui antea ſpinas in eo iſtas
metuentes, perinde ut Echi-
num, in manus accipere ipo
ſum fugiebant. Cæterùm no
ui ego quod maximè ipſum
male habet, nempe quòd nõ
tenuia illa atque exilia ſe-
dendo cum eo argutari ſo
leo, ſitne anima immortalis
uidelicet, & quot heminas
Deus quando mundum fa-
bricauit, ſinceræ & eodem
modo ſeſe habentis ſubſtan-
tiæ in craterem illũ, in quo
uniuerſa miſcendo tempera
bat, infuderit: & num Rhe-
torica politicæ particulæ i-
mago, adulatoriæ pars quæ
τίγνον τ μονόφθαλμον φεύγων, ὧδε πάντων ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Ἀριαράθης δὲ, ὁ Καππαδόκων βασιλεὺς, δύο μὲν καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορεῖ· ἐδυνήθη δ' ἴσως καὶ ἐπὶ πλεῖον διαγηρᾶσαι, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περδίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς ἀνεσταυρώθη. Κῦρος δ', ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὁ παλαιὸς, ὡς Δυδῶν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων ἥττονες, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος δ', ὁ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας, συμφωνεῖν δοκεῖ, ἐπεξιὼν τὰ γενόμενα, ἱστορεῖ μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων· μαθὼν δὲ τὸν πλοῦτον Διονυσίου τοῦ Καμβύσου τοῦ ἐν Περσαγμάδαις, καὶ φάσκοντος Καμβύσου ἐκτὸς περσαγμάδος τὸ ἐκεῖνα πάντα πεποιηκέναι, τὸ μέν τι, πρὸς τὸν ἀνόητον τοῦ ἤθους διαβολεῖς, τὸ δέ τι, ὡς παρανοεῖν μεῖζον αὐτὸν αὐτιασάμενος, ἄλλο

pellatum, Antigonum Luscū fugiens, in Ponto mortuus est, cum egisset annos quatuor & octoginta, sicut Hieronymus & alij scriptores prodiderūt. Ariarathes rex Cappadocum Hieronymi testimonio duo & octoginta annos uixit: atq; haud dubiè ad grandiorem ætatem peruenire potuisset, nisi in pugna contra Perdiccam uiuus captus, & in crucē sublatus fuisset. Maior autem Cyrus rex Persarum, sicut Persæ & Assyriorum historiæ loquuntur, quibus etiam suffragari uidetur Onesicritus, qui res gestas Alexādri Magni in historiam contulit, cētesimum annum assequutus, requirebat unumquenque amicorum: quorum cum plurimos à filio suo Cambyse interemptos cōperisset, ac Cambyses ipsius iussu hoc ipsum se fecisse fateretur, partim ob filij crudelitatem probrosè affectū, partim se ipse tāquā iustitiæ et legū uiolatorē accusans,

ἀλυμάσας ἐτελεύτα τὸν βίον. Ἀρταξέρξης, ὁ Μνήμων ὠνομασμένος, ἐφ' ὃν Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἐστράτευσε, βασιλεύων μὲν Πέρσαις ἐτελεύτησε νοσῶν, ἐξ ἡλικίας ὀγδοήκοντα ἐτῶν γεγενημένος· ὡς δὲ Δίωνι ἱστορεῖται, πλείω ἀφῶν ἡλικίαν ἐτελεύτησε. Ἀρταξέρξης, ἕτερος Πέρσῶν βασιλεύς, ὃν φησιν ὁ Δίων παλαιόν, ἦν δὲ Ἰσίδωρος, ὁ Χαρακηνὸς συγγραφεύς, βασιλεύων ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα βίᾳ, ὅτε βουλῇ τὰ πλείω Γωσίθρου τοῦ δολοφονήθη. Σιναρθοκλῆς δέ, ὁ Παρθυαίων βασιλεύς, ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη γεγονώς, ἀπὸ Σακαυρακίων Σκυθῶν κατασχεθεὶς, βασιλεύειν ἤρξατο, καὶ βασιλεύσας ἔτη ἑπτά. Τιγράνης δέ, ὁ Ἀρμενίων βασιλεύς, πρὸς ὃν Λεύκολλος ἐπολέμησε, πέμπτῳ καὶ ὀγδοηκοστῷ ἔτει τῶν ἐτελεύτα νόσῳ. Ὑσπασίνης δὲ ὁ Χαρακηνός, καὶ τῶν κατ' ἐρυθρὰν θάλατταν βασιλεύς, πέμπτῳ καὶ ὀγδοηκοστῷ ἔτει τῶν, νοσήσας

maxima triſticia conturbatus uitam finiuit. Artaxerxes h Mnemonis cognomẽtum ſortitus, contra quem Cyrus frater exercitum duxit, imperium Perſarum obtinens, morbis conſumptus deceſſit, annos ſex & octoginta natus: ſed ut Dinõ ſcribit, quatuor & nonaginta. Artaxerxes alter Perſarum rex, quem patrum ſuorum memoria Iſidorus Characenus hiſtoric' regnaſſe tradit, cum annos tres & nonaginta uixiſſet, inſidijs fratris Goſethræ clàm obtruncatus eſt. Sinarthocles autem rex Parthyæorum annos nonaginta iam natus, à Sacauracis Scythis reductus ab exilio regnare incæpit, & regnauit annos ſeptem. At Tigranes rex Armeniorum, cõtra quem Lucullus pugnauit, quinto & octogeſimo anno morbo cõ ſumptus perijt. Hyſpaſines Characenorum & regionũ mari rubro adiacentium rex, quinto & octogeſimo anno morbo

σάσας ἐτελεύτησε. Τέρας δὲ, ὁ μὲν Ὑσπασίνου τρίτος βασιλεύσας, λύσε καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἐτελεύτα νόσῳ. Ἀρτάβαζος δὲ, ὁ μετὰ Τέραν ἕβδομος βασιλεύσας Χαράκων, ἔξ καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν, διαφθαρεὶς ἀπὸ Παρθυαίων, ἐβασίλευσε. καὶ Μνασσίρης ὁ, βασιλεὺς Παρθυαίων, ὃς καὶ ἐνενήκοντα ἔζησε ἔτη· Μασσινισσάς ὁ, Μαυρουσίων βασιλεὺς, ἐνενήκοντα ἐβίωσε ἔτη. Ἀσανδρος ὁ, ὁ ὑπὸ τῷ θεῷ Σεβαστῷ, αὐτὶ ἐβυάρχου βασιλεὺς αὐταγορευθεὶς Βοσπόρου, πρὶ ἔτη ὧν ἐνενήκοντα, ἐπὶ μάχῃ καὶ πυρομάχῳ ἀδιανοήτῳ ἡττηθεὶς ἐφάνη. ὡς δὲ ἐν ὥρᾳ τῇ ὑπὸ τῇ μάχῃ Σκηβωνίῳ προσβιβασθέντος, ἀπεσχόμενος σεσίμου ἐτελεύτησε, βιοὺς ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα. Γόμος δὲ, ὡς φασιν Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς, ἐπὶ τοῦ ἰσαύτου ἡλικίας ὁ Μάνος δὲ ἀρξάμενος τοῦ ἔθνους βασιλεύσας, πεντεκαίδεκα καὶ ἑκατὸν γεγονὼς ἐτῶν, ἐτελεύτησε

morbo correptus decessit. Terem tertius post Hyspasinen earum nationem rex, cum uixidisset duos & nonaginta annos, morbo periit. Artabazus autem, qui septimus post Tiræum Characenorum regnum tenuit, sex & octoginta annos reductus à Parthis ab exilio regnauit. Et Mnascires rex Parthyæorum sex & nonaginta annos uixit. Masinissa uerò rex Mauritaniæ nonaginta annos uixit. Asandrus autem à diuo Augusto loco Etnarchi rex Bosspori declaratus, annum agens nonagesimum, & equestri & pedestri pugna nullo inferior uisus est conspectus. Qui ut animaduertit Scribonio rem militarem commendatam, cibo abstinens diem suum obiit, cum uixisset annos tres et nonaginta. Goæsus, ut Isidorus auctor est, Characene regnum tenuit, quo tempore Mano quoque imperauit Arabibus, centum & quindecim annos natus,

τησι γόοις. Βασιλέας μὲν οὖν τοσούτους ἱστορήκασι μακροβίους οἱ πρὸ ἡμῶν. ἐπὰ δὲ καὶ φιλόσοφοι, οὐ πάντες οἱ πρὸ παιδείαν ἐχόντες, ἐπιμνήσθη τινες καὶ οὗτοι ποιούμενοι λόγον τῶν, ὡς μακρὸν γῆρας ἦλθον. ἀναγράψωμεν οὖν καὶ τούτων τοὺς ἱστορημένους, καὶ πρώτους γε φιλοσόφους. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης, ἐτῶν γεγονὼς τετρακόσιον καὶ ἑκατόν, ἄπνοος σχόμενος τροφῆς, ἐτελεύτα. Ξενόφιλος δὲ μουσικὸς, ὥς φασιν Ἀριστόξενος, πρεσβύτης ἦν Πυθαγόρου φιλοσοφίας, ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀβδήρασιν βιώσας. Σόλων δὲ, καὶ Θαλῆς καὶ Πιττακὸς, οἵ τινὲς τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἐγένοντο, ἑκατὸν ἕκαστος ἔτος. Ζήνων δὲ, ὁ τῆς Στοικῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς, ἐκατὸν καὶ ἐνενήκοντα· ὃν φασιν ἀσθενῆ χήμενον ἐκ τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσπταίσαντα ἀναφθέγξασθαι· τί μ' βοᾷς; καὶ ὑπο-

postremùm morbo periit. Tot igitur ante noſtram memoriam memorandæ ſenectutis reges fuiſſe maiores noſtri literis prodiderunt. His annumerantur Philoſophi, & omnes qui ingenio & eruditione præſtantes fuerunt, qui aliqua ſui cura habita, ad extremam ſenectutem peruenerunt. Eos itaq; quos multa lectione didicimus, perſcribemus: ac initiò quidem Philoſophos, quorum Democritus Abderites centum & quatuor annos natus, cum alimento abſtineret, mortuus eſt. Xenophilus Muſicus, perhibente Ariſtoxeno, Pythagoricæ philoſophiæ cãdidatus, ultra quinq; & centum annos Athenis uitam traduxit. Solon autẽ, et Thales, & Pittacus, qui è ſeptẽ ſapientum numero fuerunt, centum annos unuſquiſque uixit. Zenon uerò Stoicæ philoſophiæ auctor & princeps, octo & nonaginta. Hunc aiunt in concionem proceduntem offenſo pede exclamaſſe: Quid me uocas? & domum

πρίψωλα οἰκιδι, καὶ ἀποσχόμενον τροφῆς, τελευτῆσαι τὸν βίον. Κλεάνθης ὁ Ζήνωνος μαθητὴς καὶ διάδοχος, ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονὼς ἐτῶν, φύμα ἰσχνῷδὲς τὸν χείλους, καὶ ἀποπειρηθεὶς, ἀπολιθόντων τῷ παρὰ τῶν φίλων γραμμάτων προσφωνηθέντος τροφὴν καὶ πράξας περὶ ὧν ἔδοξεν οἱ φίλοι, ἀποσχόμενος αὐθις τροφῆς, ἐβίωσε τὸν βίον. Ξενοφάνης ὁ Δικίνου μὲν ὑὸς, Ἀρχελάου δὲ τοῦ φυσικοῦ μαθητὴς, ἐβίωσεν ἔτη ἓξ καὶ ἐνενήκοντα. Σωκράτης δὲ, πλάτωνος μαθητὴς γενόμενος, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. Καρνεάδης δὲ, ὁ τῆς νεωτέρας ἀκαδημίας ἀρχηγὸς, ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. Χρύσιππος ἓν καὶ ὀγδοήκοντα. Διογένης ὁ, ὁ Σελευκεὺς, ἀπὸ Τίγριος, Στωϊκὸς φιλόσοφος, ἐνενήκοντα καὶ ὀγδοήκοντα. Ποσειδώνιος ὁ Ἀπαμεὺς ἢ Συρίας, νόμῳ ὁ Ῥόδιος, πολυσοφός τε ἅμα καὶ ἱστορίας συγγραφεὺς, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. Κριτόλαος ὁ περιπατητικὸς δύο καὶ

domum reuersum inedia uitam finisse. Cleanthes Zenonis discipulus & successor, nouem & nonaginta annos natus, tuberculum in labris habuit. Cumq; decreuisset inedia uitam absumere, allatae sunt ei ab amicis literae. Ac mox adhibito cibo, & perfectis amicorum postulatis, iterum cibo abstinens, uita defunctus est. Xenophanes autem Dexino patre natus, Archelai physici auditor, unum & nonaginta annos uixit. Xenocrates Platonis discipulum, quatuor & octoginta. Carneades nouae Academiae fundator, annos quinque et octoginta. Chrysippus unũ & octoginta. Diogenes autem Seleucus Tigrim, Stoicae sectae philosophus, duodenonaginta. Posidonius Apamea Syriae oriundus, lege autem philosophus Rhodius, pariter & historicus, octoginta quatuor. Critolaus Peripatetic' ultra duos

ὀγδοήκοντα· πλάτων ὁ ἱερώτατος ἦν καὶ ὀγδοήκοντα. Athenodorus Sandonis Tarsensis, qui fuit Cæsaris Augusti præceptor, cuius precibus Tarsis ciuitas uectigalibus leuata est, duos & octoginta annos agens mortuus est in patria. Huic Tarsensis populus quotannis solennes honores ut heroi persoluit. Nestor uerò Stoicus, & hic à Tarso ortum trahens, præceptor Cæsaris Tyberij, duos & nonaginta. Xenophõ Grylli filius uixit ultra nonaginta annos. Et hi celebres fuere philosophi. Ex scriptoribus autem historicis Ctesibius centum & uigintiquatuor annos egressus, inter deambulãdum mortuus est, sicut narrat Apollodorus in Chronicis. Hieronymus uerò & in bellis uersatus, ac nõ paucis laboribus et uulneribus affectus, uixit ad annum quartum & centesimum, sicut refert Agatharchides libro nono historia Asiati-

Ἀθηνόδωρος Σανδωνος Ταρσεὺς, Σωσικλῆς, ὃς καὶ διδάσκαλος ἐγένετο Καίσαρος Σεβαστοῦ θεοῦ, ὑφ' οὗ ἡ Ταρσέων πόλις τὴν φόρων ἀνεῖται, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη βιὺς, ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πατρίδι· καὶ τιμᾶται ὁ Ταρσέων δῆμος αὐτῷ κατ' ἔτος ἕκαστον ἀποδείξεις, ὡς ἥρωι. Νέστωρ δὲ Στωϊκὸς ἀπὸ Ταρσοῦ, διδάσκαλος καίσαρος Τιβερίου, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ξενοφῶν δὲ ὁ Γρύλλου οὐκὶ τὰ ἐνενήκοντα βέβιωκεν ἔτη. οὗτοι μὲν φιλοσόφων οἱ ἔνδοξοι. συγγραφέων δὲ Κτησίβιος μὲν, ἑκατὸν ἄποσι τετταράκοντα ἐτῶν, ἐν περιπάτῳ ἐτελεύτησεν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς ἱστορεῖ. Ἱερώνυμος δὲ, ἐν πολλαῖς γενόμενος, καὶ πολλὰς διαμάχας ἀναμένας καὶ τραύμασι, ἔζησεν ἔτη τέσσαρα καὶ ἑκατὸν, ὡς Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐνάτῃ τῶν περὶ τῆς Ἀσίας

ἀσίας ἰστορικῶν λέγει. καὶ ὧν μέλλει γε τὸν αὐτὸν ἀρᾶσθαι τρόπον καὶ τελευτᾶσαι ἡμέρας οὐκ ὀλίγας ἔτι ἐν τοῖς συνουσίαις, καὶ πᾶσι τοῖς παιδευτηρίοις, μηδενὸς γε φθόμενον τῶν πρὸς ὑγίειαν ἐλλιπῆ. Ἑλλάνικος δὲ ὁ Λέσβιος, ὀγδοήκοντα καὶ πέντε ἔτη καὶ Φερεκύδης ὁ Σύριος ὁμοίως ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης ἓξ καὶ ἑνενήκοντα. Ἀριστόβουλος δὲ ὁ Κασσανδρεὺς, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται βιβλίον γράψας, τὴν ἱστορίαν δὲ, τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γενόμενος, ἤρξατο συγγράφειν· ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγει. Πολύβιος δὲ ὁ Λυκόρτα, Μεγαλοπολίτης, ἀγρόθεν ἀναλαβών, ἀφ' ἵππου καταπεσών, καὶ ἐκ τούτου νοσήσας, ἀπέθανεν, ἐτῶν δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Ὑψικράτης δὲ, ὁ Ἀμισηνὸς συγγραφεὺς, δὲ πολλῶν μαθημάτων γεγόμενος, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ῥητόρων δὲ Γοργίας, ὃν τινὲς σοφιστὴν καλοῦσι,

Asiaticæ. Ac hominē nō me diocriter demiratur, quòd ad ſummum uſq; uitæ diem ualuerit in colloquijs, & in ſenſibus ad ſanitatē neceſſa rijs non defecerit. Hellanicus Leſbius octogintaquinque annos uixit. Similiter Pherecydes Syrus quinque & octoginta. Timæus Tauromenites ſex & nonaginta. Ariſtobulus Caſſandræ ultra nonaginta annos uixiſſe fertur, qui hiſtoriam ſuam quartum & octogeſimum annum agens orſus eſt conſcribere, id quod ipſe in operis ſui principio teſtatur. Polybius autem Lycorta patre genitus, Megalopolitanus, rure rediēs ab equo delapſus eſt, quo caſu morbo correptus deceſſit anno ſecundo & octogeſimo. Porrò Hypſicrates Amiſenus hiſtoricus, uir in multis diſciplinis uerſatus, annos duos & nonaginta uixit. Cæterùm ē Rhetoribus Gorgias, i quem quidā Sophiſtā

λῶσιν, ἔτη ἑκατὸν ἐκτὼ, τρισφῶς δὲ ἀποσχόμενον, ἐτελεύτησεν· ὃν φασιν ἐρωτηθέντα τὴν αἰτίαν τῆ μακρᾶ γήρως, ἢ ὑγιαινεῖν ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν, εἰπεῖν, διὰ τὸ μηδέποτε συμπαρεῖναι τοῖς ἄλλων σωφίσμασι. Ισοκράτης ἐνενήκοντα ἑξ ἐτῶν γεγονὼς, τὸν πανηγυρικὸν ἐγραψε λόγον. πρὸ ἐτῶν ἤδη ἐννέα ἀποθανόντα ἑκατὸν γεγονὼς, ὡς ἤκουσε Λακεδαίμονα ὑπὸ Φιλίππου ἡττωμένην Χαιρώνειαν μάχῃ τρόπαια μέγιστα, τοτὲ μὲν τὸν Εὐριπίδειον ἔφηβον προσῳδήσας, ὡς ἑαυτὸν ἀναφθέγξατο,

Σιδωνίδ' ἀστυ Κάδμου
ἐκλιπὼν,

καὶ ἐπειπὼν, ὡς δουλεύσει ἡ Ελλὰς, ἐξέλιπε τὸν βίον. Απολλόδωρος δὲ, ὁ πραγματεύσας ἡμῖν, υἱοῦ Κάσσιος Σιβυρτᾶ δὲ ἀδόκητος γεγόμενος, καὶ σὺν Αθηνοδώρῳ τῷ Ταρσεῖ φιλοσόφῳ παιδεύσας αὐτὸν, ἴσως ταυτὰ τῷ Αθηνοδώρῳ, ἔτη

uocant, annum agens octauum & centesimum, inedia uitam finiuit. Hunc interrogatum causſam tam longæ senectutis, & ualetudinis in omnibus sensibus uigentis, respondisse aiunt, quòd alio rum conuiuia non sit sectatus. Isocrates sex & nonaginta annos natus sermonẽ scripsit [k] Panegyricum. Iam uerò ingressus annum nonagesimumnonum, cum accepisset Athenienses in pugna apud Chæroneam commissa à Philippo esse superatos, quiritando Euripideum uersiculum recitauit, ad seipsum referens:

Sidonis urbis alta quondam
mœnia
Cadmus relinquens.

Quibus cum adiecisset, fore ut Græcia in seruitutem prolaberetur, è uita decessit. Apollodorus [l] aũt rhetor Pergamenus, Cæsaris Augusti in diuos relati præceptor, quem unà cum Athenodoro Tarsensi bonis disciplinis imbuit, totidem quot Athenodorus

ἐτῶν ἐγδεήκοντα δύο. Ποτάμων δὲ, ὁ ἐκ Βιθυνίας ῥήτωρ, ἔτη ἐνενήκοντα. Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδιοποιὸς, ὑπὸ τραφυλλίδος, ἣν ἔφαγε σταφυλὴν ἐκ τοῦ πιτύνου, ἀπεπνίγη, πέντε καὶ ἐνενήκοντα ἔτη ἄσας ἔτη. οὗτος ὁ Ἰοφῶντος ἦν υἱός, ὃν ἐπὶ τέλει τοῦ βίου, πλανώμενον, ἀφίγνω τοῖς δικασταῖς Οἱ δὲ λίποιεν τὸν ὑὸν Κολωνῶ, ὅπως δοκιμάσωσι δι' ἐράσματος, ὅπως τὸ νοῦν ὑγιαίνει· ὡς τοῦτο δικασταὶ ἦσαν μὴ ἐπιφθαμένου, καὶ ἀψηφίσασθαι δὲ τοῦ ὑὸ αὐτὸ μανίαν. Κρατῖνος δὲ, ὁ δὲ κωμῳδίας ποιητὴς, ἐπὶ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε, καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου διδάξας τὸν Πυτίνην, καὶ νικήσας, μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτα. καὶ Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς, ὁμοίως τῷ Κρατίνῳ, ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιούς, κατέκλινε τὸ μὲν ὠδῖ κλίνης ὀρθρεύων, θεασάμενος δὲ ὄνον τὰ παρεσκευασμένα αὐτῷ σύκα καταδιόντα, ὥρμησε μὲν ἐς γέλωτα κατακλασθεὶς τὸν οἰκέτην,

rus annos, nempe duos & octoginta, uixit. Potamon rhetor non incelebris, annos nonaginta. Sophocles poeta [m] Tragicus deuorato uuae acino [n] strãgulatus est, cum egisset annos quinque & nonaginta. Hic à filio Iophonte sub finem uitae in ius uocatus, & desipientiae accusatus, recitauit Iudicibus Oedipum Colonæum, planum faciens ea fabula, quòd sanae mentis compos esset. Qua audita, Iudices ingenio eius admirati sunt, ac filium insaniae damnauerunt. Cratinus autem poeta Comicus, septem supra nonaginta annos uixit, atq; sub finem uitae cum docuisset fabulam Pytinen, eaq; victor euasisset, haud ita multo pòst est mortuus. Non dissimiliter quoque Philemon o Comicus septimum & nonagesimum annum agens decumbebat in lectulo quiescens: qui cum uidisset asinum ficus sibi praeparatas deuorantem, prolapsus in cachinnos, & accersito famulo

multo

καὶ σὺν πολλῷ καὶ ἀθρόῳ γέλωτι ἐπῶν προσδοῦναι τῷ ὄνῳ ἀκράτου ῥοφῆσαι, ἀποπνιγὲν ὑπὸ τοῦ γέλωτος, ἀπόθανεν. ὁ μὲν Ἐπίχαρμος δή, ὁ τῆς λοιμοδίας ποιητής, καὶ αὐτὸς ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτη λέγεται βιῶναι. Ἀνακρέων δέ, ὁ τῶν μελῶν ποιητής, ἴσως ἑπτὰ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ Στησίχορος δὲ ὁ μελοποιὸς ταὐτὰ· Σιμωνίδης δὲ ὁ Κεῖος ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα. Γραμματικῶν δὲ Ἐρατοσθένης μὲν, ὁ Ἀγλαΐου, Κυρηναῖος, ἐν οὐ μόνον γραμματικὸν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν ὡς τις ὀνομάσειε, καὶ φιλόσοφον καὶ γεωμέτρην, δύο καὶ ὀγδοήκοντα οὗτος ἴσως ἔτη. καὶ Λυκοῦργος δέ, ὁ νομοθέτης τῶν Λακεδαιμονίων, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζῆσαι ἱστορεῖται. Τοσούτους ἐδυνήθη βιῶναι βασιλέας, καὶ τοσαύτας ἀνυμένους ἀθροῖσαι. ἐπεὶ ἤ ὑπερχόμην καὶ Ῥωμαίων τινὰς, καὶ τῶν πάνυ Ἰταλικῶν ὀκτωκαίδεκα μακροβίους ἀναγράψαι, τούτους σοι,

multo & uehemẽti cum risu præcepit asino merum ad sorbendum dari, atque ita risu suffocatus obijt. Epicharmus autem poeta Comicus, septem & nonaginta annos uixisse dicitur. Porrò Anacreon poeta Lyricus uixit annos quinque & octoginta. Et Stesichorus poeta Lyricus totidem. Simonides Cius supra nonaginta. Sed enim ex Grammaticis Eratosthenes Cyrenæus Aglai filius, quem non Grammaticum solùm, sed etiam poetam meritò quis uocarit, & philosophum et geometram, duos & octoginta annos uixit. Quin etiam Lycurgus Lacedæmoniorum legum conditor, quinq; & octoginta annos uixisse dicitur. Tot impræsentiarum Reges & eruditos homines colligere potui. Quia uerò pollicitus sum et Romanorum quosdam longæuos, & Italos, qui ad summam senectutem peruenerunt, perscribere: eos tibi

σοι, θεῶν βουλομένων, ἐφ' ὑστέρῳ τῷ Κοϊντίλλῳ, ἐν ἄλλῳ δηλώσομεν λόγῳ.

tibi Dijs uolentibus præstantißime Quintille in altero libro manifeſtabimus.

GILBERTI COGNATI *Annotationes.*

ARGVMENTVM.

Lucianus hoc libello accuratius eos qui diu uixerunt collegit, atq; temperantiam ſanitatis conſeruatricem, & longæ ſenectutis autorem & propagatricem eſſe, breuiter oſtendit: qui profectò eſt non tàm feſtiuus, quàm utilis, quòd plures hic ſubinde recenſeantur, qui habita ratione uictus, floridi ad ipſam uſque ætatis arcem aſcenderint. De hominibus longæui, qui ante diluuium terræ uniuerſale uixerunt, uide in Genes. & Ioſepho. Plinius lib. 7. cap. 48. aliorum quoq; facit mentionem. Sic pleriq; autores ſunt, Galenum medicũ centum & quadraginta annos uixiſſe, & eum tam in cibo quàm in potu adeò abſtinentem fuiſſe, ut nũquã ad ſatietatem aut comederit, aut biberit: tum nec crudum quicquã guſtaſſe, odoriferum anhelitum ſemper ſpiraſſe, & ſine aliquo morbo ſola ſenectute, quamuis & hæc, ut inquit Comicus, morbus eſt, uiribus defectu obijſſe.

a Somnium muneris.) Exordium à cauſa'. b Hanc itaque.) Cõmendatio ſcripti ab utilitate. c Homerus igitur.) Homerus in Odyſſeæ tertio Neſtori, quem ſuo opuſculo propoſuit, tres ætates attribuit: τρίς γὰρ ἀμείλιν φασὶν ἀναβαδὴν γενεὰν ἀνδρῶν. Id eſt, Illum iam exegiſſe tria hominũ ſecula, fama eſt. Idem affirmat in 1. Iliad. Vnde Horatius lib. 2. Odarum Od. 9 inquit:

At non ter æuo functus amabilem,
Plorabit omnes Antilochum ſenex
Annos. —

Vbi Acron interpres Horatij annotauit, Neſtorem nonaginta annos uixiſſe. Nam unam ætatem triginta annos quõdam fe ciſſe. d Facta autem.) Tranſitio ad ſingulos homines, & primùm reges & principes. e Arganthonius.) Cenſorinus libro

libro Diei natalis, capite sexto idē scribit. f Hieron.) Theocritus quum hunc, Syracusarum, hoc est, ciuitatis suæ principē carmine celebrasset, nulla gratia relata est: quare Eidyllio sexto, cōqueritur de Hieronis ingratitudine. Hieroclis filius fuit, & extremus Sicilię tyrannus, qui regnū quidem obtinuit, dux iam antea declaratus à ciuibus, atque inferiores potestates perdidit, ut tyranni nomen non immeritò sortitus sit.

g Ptolemæus.) Ptolemæus Lagi filius, & eius filius Philadelphus, regnarunt annis ante Christum 270. Hic sua munificentia multa præclara ingenia fouit. Eorum tempore uixerunt Theocritus, Bucolici carminis scriptor, & Menander comicus. h Artaxerxes.) Darius Persarum rex moriens, duos reliquit filios, Artaxerxē, qui uocatur Mnemon, & Cyrum iuniorem. inter hos fratres excitatum fuit bellum, in quo Cyrus interfectus est. Vide Plutarchum in Artaxerxe.

i Gorgias quem quidem.) Hic Gorgias Leoninus fuit primus è numero Sophistarum, qui ausus est in conuentu poscere, id est iubere dicere, qua de re quis uellet audire. audax negocium, dicerem impudens, nisi hoc institutum postea translatum ad philosophos nostros esset. Ex Cic. de Finibus secundo. k Panegyricum.) Hæc est celebrata illa oratio, & ferè princeps inter Isocrateas, in celebri conuentu populi Athenienſis habita, quam alij decem, alij quindecim annis elaboratam esse putant. In ea commemoratione uirtutis maiorum, & prædicatione potentiæ & autoritatis, qua polleant Athenæ, suadet, ut sopitis intestinis Græcis bellis, expeditio contra Babaros suscipiatur. post hāc scripsit Orationem περὶ τῆς ἀντιδόσεως. id est, permutatione facultatum, in qua Panegyrico sic inquit: Nā oratio, quæ uobis ostenditur, illis est scripta temporibus, cum Lacedęmonij Græcis imperarent, nostrę uerò opes humiles essent. Isocratis senectutis meminit Cicero his uerbis: Est quietè, & purè, & elegāter actæ ętatis placida ac lenis senectus, qualem accepimus Isocratis, qui cum librum, qui Panathenaicus inscribitur, nonagesimoquarto anno scripsisse dicitur, uixitq; quinquennium postea. Hæc ille. l Apollodorus.) Apollodori Rhetoris qui Olym. 179. fuit præceptor Callidij, & Augusti, mentionem faciunt, Eusebius, Strabo, Quintilianus & alij. m Sophocles poeta Tragicus.) Quod & Sotadis uersiculus etiam probat.

Σοφο-

Σοφοκλῆς ῥᾳ γε φαγωρ σταφυλῆς πνιγεὶς τέθνηκε.]

Sophocles grana uorans uuæ, ſtrangulatus interijt. Periclis æqualis: Plutarcho & Strabone teſtibus. Cicero de Senectute, Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit, qui propter ſtudiũ cùm rem familiarẽ negligere uideretur, à filijs in iudiciũ uocatus eſt, ut quemadmodũ (noſtro more) malè rem gerentibus patribus, bonis interdici ſolet: ſic illũ quaſi deſipientẽ à re familiari remouerẽt Iudices. Tum ſenex dicitur eã fabulã, quã in manibus habebat, & proximè ſcripſerat Oedipum Coloneũ recitaſſe Iudicib. quæſiſſeq;, nũ illud carmẽ deſipientis uideretur? Quo recitato, ſententijs Iudicũ eſt liberatus. Hactenus Cicero. n Cratinus.) Callimedis Athenienſis, ueteris Comœdiæ poeta, & penè author fuit, ſi ab Horatio ſtamus. Floruit Olymp. LXXXV. diemq; ſuum obijt, eo tempore quo primùm Lacedæmonij in Atticam irruerunt, eo anno quem obſeruauit Lucianus noſter. o Philemõ.) Philemone ex Quintil. li. 10 Prænotamentis in Ariſtophanem, Apuleio Florid. 2. & Gellio uolumine decimoſeptimo, cap. 4. tertiæ nouæq; comœdiæ poetam fuiſſe, quem & uim riſus immodicè rati abſtuliſſe ex Valerio Max. & Suida etiam didicimus. Secus credidit Plutarchus in Commentario, an ſeni accedendum ſit adrem. adminiſtrandam. Quàm comiter ſe erga eum geſſerit Magas, ipſe Plutarchus in libello de priuatione Iræ patefecit. Diogenes Laertius hoc mortis genus Chryſippo accidiſſe ſcriptum reliquit. Aelianus uerò in libro de Prouidẽtia, aliam de Philemonis morte hiſtoriam affert. p Epicharmus autem & ipſe.) Epicharmi patria eſt incerta. parentes habuiſſe Chimarum & Sicidam dicitur. Suidas cum Ariſtotele affirmat, eum cum Phormo Comœdiam inueniſſe in Sicilia. Vixit Hieronis tyranni tempore, circiter ſeptuageſimamquartam Olympiaden. Multas fabulas Dorica lingua docuit. Eum imitatus eſt Plautus. Horatius libro Epiſtolarum ſecundo:

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.

q Anacreon) Plinius natural. Hiſtor. lib. 7. cap. 7. refert, Anacreontem poetam acino uuę paſſę ſtrangulatum. Pluresq; incertis cauſis ſubitò abſumptis, commemorat in eodem lib. Athorum exemplorum pleni ſunt autores. r Steſichorus.) Steſichorus, Simonides, Heſiodus grandes natu cygnæum neſcio quid, & ſolito dulcius uicina morte cecinerunt. Hieron.

ad Ne-

ad Nepotianum. s Simonides.) Octogesimo anno & docuisse se carmina, & in eorum certamen descendisse, ipse gloriatur. Valerius lib. 8. cap. de studio & industria. Ad hunc autorem refertur ars memorandi, & propter dulcedinem uocatus fuit Melicerta, qui natus est in insula Ceo, teste Suida. Est autem Ceos, una ex Cycladibus. Strabo in li. 10. Is est qui duas areas ostendere solebat, alteram beneficientiæ, alteram gratitudinis: de quibus alibi à nobis dictum est. t Lycurgus.) Constans opinio est, eum circiter Agrippę Syluij tempora floruisse: quo tępore Pharnaces Medus Sardanapalum imperio & uita priuauit, teste Paterculo. De eius legib. lege Xenophontem in eo libro, quem de Lacedæmoniorum legibus conscripsit: Plutarchum in eius uita, Lucianum nostrum in Astrologia. Sublatæ sunt eius leges & disciplina postquam D. C C C. annis steterunt, Anno ab Vrbe condita. D. L XV. Marco Fuluio & Cn. Manlio Volso. Cos. u *Dijs uolentibus.*) Quod fit dijs uolentibus σὺν τῷ θεῷ fit Græcis. Sophocles in Aiace flagellifero: σὺν τῷ θεῷ πᾶς ἄνθρωπος ἐλπίδας ἔχει. Id est, Deo uolente, quisq; ridet atq; flet. Aristophanes in Equitibus: ἀλλ' ὁδὶ πρὸς σίγχαμα ὥσπερ ἰχθὺς ἀγοράν. Id est, Sed ipse in concionę prodit huc, tanquam deo uolente. Contrà sine deo fit, quod absque deorum fauore fit. Pindarus in Pythijs hymno quinto, οὐ θεῶν ἄτερ. id est, non sine dijs. Horat. libro tertio, Oda quarta. Non sine dijs animosus infans. Et Verg.

Haud equidem, sine mente reor, sine numine diuum.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΨΑΔΩΝ. DE *DIPSADIBUS: Vincentio Obsopœo interprete.*

ARGVMENTVM.

Præfatio quædam est, cuiusmodi & superiores nonnullæ sunt, qua studium suum erga auditores, siue quicunque illi tandem fuere quibus cum uersatus tum fuit, collatione ista cum Dipsadibus facta, declarat. Vt enim eos qui ab hoc genere serpentis percussi sunt, inexplebilis quædam sitis inuadit, ita ut quo sunt plus potæ, plus sitiantur aquæ, ut ille ait: ita se quoque

que deſiderio quodam inſatiabili teneri ait, & quo frequentius apud illos ſit, eo magis ac magis eſſe cupere. Porrò quod ad Dipſadis morſum, & ſitim iſtam lethalem attinet, habes cum ſimilem, fermè deſcriptionem atq; exemplum Auli cuiuſdam ſigniferi in exercitu Catonis, qui eodem modo perijt, ut ille de quo epigramma præſentis narrationis teſtatur, apud Lucianum libro nono, ubi & cæterorum ſerpentium genera, de quibus hic mentio fit, enumerantur, addita etiam fabula cur Libya ſerpentibus ita abundet atq; infeſta ſit.



Ης Λιβύης τὰ νότια, ψάμμος ἐστὶ βαθεῖα, ηκὶ γῆ λιπαινομένη πολὺ, ἀκρο βῶς ἄκαρπος, πεδινὴ ἅπασα, ἄ χλόην, ἢ πόαν, ἢ φυτὸν οὐχ ὕδωρ ἔχουσα, ἢ εἴπερ ἀρ' ἐν ποίοις σωτηρικὸς ὑετὸς ὁλίγα λάψασιν, πάχνη ηκὶ τοῦτο, ηκὶ ἀνυπόδεν, ὀλίγοις ἀνθρώποις πότιμον, ἀσὶ αὐτος γοῦν ὅτι διὰ ταῦτα. ἢ πῶς γὰρ ἂν οἰκοῖτο ἀνθρώπος ἢ ἔτι, ἢ ξυρὰ ἢ ἀφορος οὖσα, ἢ πολλῷ τῷ ἀχμῷ πεπνευμένη; ηκὶ τὸ θάλπος αὐτὸ,



A pars Libyæ quæad Auſtrũ tẽdit, arena eſt profunda, & terra exuſta ſolis ardoribus, deſerta ut plurimũ, frugibus in totum infœcunda, campeſtris uniuerſa, nõ gramen, non fœnum, non plantam ullam nec aquam habens, niſi ſicubi in terræ concauitatibus conſtiterint imbrũ & pluuiarum reliquiæ, quæ tamen & ipſæ denſæ ſunt, & mali odoris, & homini ſitibundo minimè potabiles. Has igitur ob cauſſas inhabitabilis eſt. Aut quo pacto tandem inhabitari poſſit locus ita durus & implacidus, tum etiam aridus, ac frugibus arboribusq; iuxtà infœcundus, quiq; tam moleſtis feruoribus ſit ſubiectus, cum ipſe quoque calor

καὶ ὁ ἀὴρ, πεμιδὴ πυρώδης καὶ φλογιρὸς ὢν, καὶ ὁ ψάμμος ὑπορρέουσα, παντελῶς ἄβατον τὸν χῶρον τίθησι. τὰ γαράμαντες μόνοι, πρόσοικοι ὄντες, σύσκηνοί τε καὶ ὁμόφυλοι ὄντες, ἀνθρωποι σκληρότατοι, ἀπὸ βήματος τὰ πολλὰ ζῶντες, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐπιβάλλοντες, διερχόμενοι ἀμφὶ τροπὰς τὰς χαμαιρινὰς, μάλιστα ὅσαπερ τὸν θῆρα τυρώσαντες, ὁπόταν τὸ μεσοῦν τοῦ λαύματος ὀβριδάῃ, καὶ ὁ ψάμμος καταβατὸς γίνεται. ὁ θήρ δὲ ὄρυγμα ὄντα τὸ ἄγριον, καὶ τρεθῶν τῶν μεγάλων καμαπιτῶν, καὶ πιθήκων μάλιστα, καὶ ἐλεφάντων ἐνίοτε· ταῦτα γὰρ μόνα διαρκῆ πρὸς τὸ λίπος, διὰ ἀνίσχεται ὑπὸ πολλοῦ, καλῶς πεπυρωμένα ὑπὸ πολλῷ καὶ ὀξεῖ τῷ ἡλίῳ. καὶ ὅμως εἰ παράμαντες ἐπειδὰν τὰ σιτία διαπαλώσωσιν, ἅπερ ἔχοντες ἀφίκοντο, ἀπειλούμενοι σὺν ὄνοις ὀπίσω, διελίτες, μὴ σφίσι

& aer nimium ardens sit, & igneus? Praeterea ipsa arena magnopere feruens regionem prorsus facit inuiã & inaccessibilem. Soli uerò Garamantes [b] ijs locis finitimi, gens leuis atque frugalis, uitam degentes in tentorijs, uenationibus utplurimùm uiuentes, nonnunquã irrumpunt uenantes iuxta solstitium hybernum, sidere maximè pluuioso obseruato, quando uidelicet maior ardoris pars deferbuit & extincta est, & arena assiduis imbribus madefacta, et aliquo modo peruia reddita est. Venantur autem [c] onagros, & magnos struthiones humi uolantes, cumprimis uerò simias, aliquando etiam [d] elephantos. Hæc enim [e] animantia sola [f] aduersus sitim perdurant, tum magnopere sufferre possunt immodici & feruentis solis molestias. Sed enim Garamantes posteaquam commeatum quem secum ingredientes importauerant, omnem consumpserunt, iterum ad suos discedunt postliminio, metuen-

δὴν ὁ ψάμμος ἀναφλιγῶσα, μὴ δύσβατος καὶ ἄπορος γένηται, ἅτα ὥσπερ ἰνδὸς ἀρκύων λαφύσσουσι, καὶ αὐτοὶ ἁπάλωτοι μετὰ τῆς ἄγρας. ἄφυκτα γάρ ὄντιμ, ἢν ὁ ἥλιος ἀνασπάσας τὴν ἰκμάδα, καὶ τάχιστα ξηράνας τὴν χώραν, ὑποδρῆσαι, ἀκμαιοτάτην τὴν ἀπτῖνα προσβαλών, ἅτι πρὸς τὴν νοτίδα παραπηγνυμένην· τροφὴ γὰρ αὕτη τῷ πυρὶ. λιὰ τοι ταῦτα πάντα, ὁκόσα ἔπεσε, τὸ βάλπος, τὸ λίψ, ὁ ἐρημίας, τὸ μηλὶν ἔχειν ἐκ γῆς λαβεῖν, ὅτιμ ὑμῖν δυσχερῆ ἅπαντα λόξει τῷ λιχθησομένῳ, καὶ διὰ τοῦτο φοβερία πάντως ὁ χῶρος ἰκάνει. ἐρημία γὰρ ποικίλα, μιγάδα τὶ μίγισα, καὶ πλάθει πάμπολλα, καὶ τὰς μορφὰς ἀλλόκοτα, καὶ τὸν ἰὸν ἄμαχα, ὅπνιστα τὴν γῆν, τὰ μὲν ὑπερύχια, φιλεύοντα ἐν μυχῷ τὸ ψάμμι· τὰ δὲ αὖν ὑπερκάθηται, φύσαλλοι, καὶ ἀσπίδες, καὶ

metuentes ne arena iterũ incenſa illis intercludat aut difficiliorem reddat reditum: deinde, quemadmodum in reti comprehenſis et ſibi ipſis percundum ſit unà cum præda. Siquidem omnis euadendi facultas ſublata eſt, ſiquando ſol ſubtracto humore ex regione celerrimè exiccata, ſeruere in caperit ardentioribus radijs emiſſis, ueluti ad humiditatem acuminatis. illa enim ignis nutrimentum ſuppedita re ſolet. Et ſanè hæc omnia quæ mihi hactenus dicta ſunt, feruor, ſitis, ſolitudo, ſterilis ſoli infœcunditas, minus uobis uidebuntur grauia præ hoc quod dicturus ſum: & ob hoc ipſum omnibus modis regio iſta fugienda eſt. Omnis enim generis is locus ſerpentes alit, permagnos & uarios, multitudine innumeros, forma terribiles, ueneno præſentiſſimo inexpugnabiles, & partim in cauernis ſubterraneis excubãtes, ac in arenæ ſeceſſib. degentes: partim uerò ſuperne repentes, nempe phyſallos, gaſpides,

ἔχις ἄνυσα, καὶ λεπάστα, καὶ βα-
πτήστας, καὶ ἀκοντίας, καὶ ἀμ-
φισβαίνας, καὶ δράκοντάς, καὶ
σκορπίων γένος διπλοῦν· τὸ
μὲν ἕτερον, ἐπίγειόν τι καὶ
πολὺ, ὑπέρμεγα καὶ πολυσο-
φόν ἄνλον, θάτερον δ', ἀναί-
μον καὶ πλωὸν, ὑμενόπτερον
δὲ, οἷα τὰς ἀκρίδας καὶ τέττι-
ξι καὶ νυκτερίσι τὰ πτερὰ τοι-
αῦτα ὄρνεα πολλά, ὅπποτά-
μους τε ἐν ὑπερόπλοις ἀπεργά-
ζεται τῶν Λιβύων ἐπάνλων. τὸ δ'
ἀπ' αὐτῶν ἑρπετῶν δεινότα-
τον ὧν ἡ ψάμμος τρέφει, ὁ δὲ
ψὰς ἔστιν, ὄφεως μὲν μέγε-
θος, ἰχθύϊ ὅμοιος, τὸ δῆγμα
βίαιος, τὸν ἰὸν ταχὺς, ὀδύ-
νας μὲν ἀλγηδόνος ἐπάγων σὺ-
θύς· ἐπικαίει τε γὰρ, καὶ σήπει,
καὶ πίμπρασθαι ποιεῖ, καὶ
βοῶσιν, ὥσπερ οἱ ἐν πυρὶ λά-
μπτοι. τὸ δὲ μάλιστα λυπεῖ πά-
σχοντας καταλύχειν αὐτὸς, ἐπεὶ
τί ἔστιν, ἀμύνυμον πάσχοντος
ἑρπετῷ· διψῶσι γὰρ ὑπερβο-

uiperas, [i] ceraſtas, [k] buprę-
ſtes, [l] iacula, [m] amphisbæ-
nas, dracones, & [n] duplex
genus ſcorpionum, unũ ter-
reſtre & pedibus ingrediẽs
permágnum, multis corpo-
rum uertebris inſigne: alte-
rum aerium & uolatile: a-
lis tenuibus, cuiuſmodi ferè
ſunt locuſtæ & ueſpertilio-
nes. Iſtiuſmodi auibus mul-
tis circumuolãtibus inaceſ-
ſibilis & infeſta redditur
illa Libya. Cæterũm ſerpẽ-
tum omniũ nocentiſsimum,
quos arena nutrit, Dipſas
eſt, ſerpens non admodum
magnus, uiperæ ſimilis, uio-
lento ictu, ueneno craſſo, do
lores illicò inducens intole-
rabiles. Ardores enim im-
mittit inextinguibiles, &
putredines, & totum cor-
pus adurit incendio. Et qui
ab illa icti fuerint, clamant
non ſecus atq; illi qui in ignẽ

coniecti ſunt. Quod autem illos omnium uehementiſsi-
mè afflixit & torquet, illud eſt, nempe cruciatus ſerpenti
reſpondens [o] cognomine. eius enim morſum mox ſequi-
tur bibendi ſitis inexplebilis: & ultra modum ſitium.

Et

μὼν. περὶ τὸ παραδοξότατον, ὅσῳπερ ἂν πίνωσι, τοσούτῳ μᾶλλον ὀρίγνηται τῦ ποτῦ, καὶ ἐπιθυμίαν ποιεῖ πλείονος ἐπιλήπτῳ αὐτοῖς. δεῖ δ' ἂν σβέσαι ποτὲ τὸ δίψος, οὐδ' ἂν τὸν Νεῖλον αὐτὸν, ἢ τὸν Ἴστρον ὅλον ἐκπιεῖν παράσχῃς, ἀλλὰ πρὸ σπουδούσας ἐπαρδῶν τῶν νόσον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐλαίῳ πῦρ ἐπιλαβρύνοι. λέγουσιν ἰατρῶν παῖδες ἰσάνλω τὸν αὐτίκα ἔσεσθαι, πραχὺ τὸν ἰὸν ὑποτακέντα, ἐπειδὰν δαιμόνιον ἰῷ πόῳ, δεξυπόνητον γίγνεσθαι, ὑγρότερον, ὡς τὸ ἀπὸ ἐ, διαβιβάμενον, περὶ ὧδε πλᾶσον διαχεόμενον. ἐγὼ μὲν οὖν ἐθέλοιμι τοῦτο πεπονθότα ἰδεῖν, μᾶλλον, ὦ θεοί, ἰδοίμι ἅπαν ἐπιλαβόμενον αὖθις πόνον. ἀλλ' ἐγὼ ἐπίβλωτ Λιβύης τὸ παράπαν, σὺν ποιῶν. ἐπίγραμμα δέ τι ἤκουσα, ὃ μοι τῶν ἑταίρων τις ἐλεγε αὐτὸς ἐπὶ τέλους

Et quod maximè admirandum eſt, quanto plus biberint, tanto magis potum expetunt: ac ſubinde magis atque magis potando creſcit bibendi deſiderium. Neque illorum ſitim extinxeris, tameſi totum Nilum P aut Danubium epotandum præſtiteris, uerùm irrigandi ſedulitate morbum incendis quemadmodum ſi quis q oleo ignem conetur extinguere. Eam uerò incurabilis morbi cauſſam afferre ſolèt medici, uenenum Dipſadis, cũ craſſum eſſe conſueuit, poſteaquam potu rigatum fuerit, continuò mouetur atque incenditur, atq; etiã humidium, ut par eſt, redditur, & per omnia membra diffunditur. Ego uerò neminem unquam tali affectum morbo aut laborantem uidi: & faxint ſuperi, ne unquam mihi contingat uidere hominem his conflictantẽ cruciatibus. Sed ne omnino quidem unquã ingreſſus ſum Libyam, & rectè mihi feciſſe uideor. Porrò autem epigramma quoddam audiui, quod mihi unus è familiaribus pro certo confirmabat, ſe ipſum legiſſe ſupra

φάλης ἀνίγνωκίνται, ἀνδρὸς οὕτως ἀποθανόντος, ὃς ἐκ Λιβύης, ἔφη, ἀπιὼν ἐς Αἴγυπτον, μεγάλην Σύρτιν παρῆλθε τὴν μεγάλην· ἡ γὰρ ἄλλη ἄπλους, ἔνθα μὴ τάφῳ ἐντύχῃ, παρὰ τὴν ὁδόν, ἐπ' αὐτῷ τῷ λιμένι, ἡ φάλλη ἑστάναι, λιθοδομήτου τοῦ ὀλίθρου τὸν τρόπον. διακολάφθαι γὰρ ἐπ' αὐτῇ ἄνθρωπόν μέν τινα, οἷον τὸ Τάνταλον γράφουσιν, ἐν λίμνῃ ἑστῶτα, καὶ ἀρυόμενον τὸ ὕδατος, ὡς πίοι δῆθεν· τὸ δὲ ὕδωρ μὲν, τὴν λιψάδα λέγουσιν, ἐμπεφυκέναι αὐτῷ, περιεσπαρᾶσθαι τῷ ποδὶ, καί τινας γυναῖκας ὑδροφορούσας ἅμα πολλὰς ἐκπαχεῖν τὸ ὕδωρ αὐτῶν, πλησίον ἢ καὶ ἐπάνω, εἶκα τῶν φρεάτων ἐκείνων, οὓς ἐφ' ὕδατος θυσίᾳ τοὺς γαμόντας. γεγράφθαι δὲ πρὸς τοῦτο καὶ ἐπίγραμμα, ὃ χάζον δὲ καὶ αὐτὸ ἐπῶν·

Τοῖα καθεύδοντ' οἶμαι καὶ Τάνταλον Αἰθοπα τῖν

statuam uiri ad hunc modū fato functi: qui, ut aiebat, in Aegyptum iter faciens, magnam Syrtin præteribat. neq; enim alia eò peruenienti uia patet. ibi in litore obiter ad sepulcrum esse delatum, ac propter fluxum ipsum adstantem uidisse statuam exitij rationē indicantem. quippe supra illam sculptum esse hominē quendam, qualem ferè pingere solent Tantalum in media palude consistentem, ac undas haurientem, non aliter ac si biberet: bestiolā autem, nempe Dipsada, illi inhærentem, ac pedi eius implicatam. Tū mulieres quasdam aquam ferentes, eademq; opera non paucas illi eandem potandam affundentes. Insuper oua quoque adiecta conspiciuntur, qualia ferè strutbionum illorū esse perhibentur, quos Garamantas uenarj suprà memoraui. Est autem epigramma ascriptum, quod & hic referre non alienum esse opinor: Talia passus erat quoq; Tantalus Aethope cretus,

Qui

Μυδαμὰ νειμίσσατ ἀψαλίῳ ὀδόντι,
Καὶ Δαναΐδι κέρατ τέκεν υἱὸν ἀκοντίσσαι,
Λίην ἐπαντλήσασ ὑδροφόρῳ καμάτῳ.

Qui nullo potuit fonte leuare sitim.
Tale nec e Danao natas impleuere puellas
Assiduis undis uas potuisse reor.

Ἔτι γὰρ ἄλλα ἐπετέτραπτο περὶ τῶν ὄων, γὰρ ὡς αὐαιρέσομαι καὶ αὐτὰ, λήθῃ, ἀλλ' ἐκ ἔστι μίμνημα ἐκάστων. συλλέγουσι δὲ ἀφ' τὰ ἀκ, γὰρ ἐσπουδάκασι περὶ αὐτὰ οἱ περίοικοι, ἀχ ὡς φαγᾶν μόνον, ἀλλὰ γὰρ σκεύεσι χρῶντ ἀφικόμαχ πολεμῶσαι ἀπ' κτῶν· ὀγδ ἔχουσι λιθρακοῦν διὰ τὸ ψάμμον ἄπαντ τὸν γῶν, ἀ δὲ γὰρ μεγάλα ὑποτρέφει, γὰρ πῶλοι γίγνονθ δύο ἐκ τῆ ὠῆ ἑκάστ· τὸ γὰρ ἡμίτομον ἐκάτερον, ἀπεχρᾶν τῇ καφαλῇ, πῶλός ὄτιν. ἐκᾶ τοίνυν λοχῶσιν αἱ διψάδες παρὰ τὰ ὠά, ἢ ἐπειδὰν προσέλθῃ ἀνθρωπος, ἐκ ψάμμον βιρύσασαι, δάκνουσι τ λακοῦσάμενα.

Erant adiecta adhuc & alia quatuor carmina de ouis, quemadmodum ea tolles à Dipsade percussus sit: sed illa memoriter non teneo. Itaque oua colligunt, eaq; studiosè gentes uicinæ indagant, non edendi tãtum gratia, sed illis euacuatis pro uasis & instrumentis utuntur. plurimùm uerò ex illis poculæ præparant. Neque enim figulinam exercere possunt, propter terram arenosam. Cæterùm magnis & capacibus inuentis, etiam pilcos ex illis confi:iant, semper ex ouis singulis geminos: cuiusque enim pars dimidia aptum & sufficientem pileum præstat tegendo capiti. Ibi ergo iuxta ouа dipsades insidiosè excubant, tum accedentem quempiam mox ex arena prorepentes morsu infelicem ferunt.

ὁ δὲ πάσχει ἰκανὰ τὰ μικρὰν ἐμπροσθεν ἐρημένα, νῦν μὲν ἀεὶ, καὶ μᾶλλον δι' ὄψεως, καὶ πιμπλάμενον & διαπίνει. ταῦτα οὖν, μὰ Δία, πρὸς Νικανδρον τὸν φιλονεικότατον & δυσχερέστατον, οὐδ' ὅπως ὑμᾶς μάθοιτε, ὡς ἀκριβῶς γεγένηταί μοι, φύσεις τε Λιβυκῶν ἑρπετῶν ἐδιδαξάμην πρότερον ἢ τῶν ἰατρικῶν ἐκείνων μᾶλλον ὀλίγα τούτων, εἰς ἀνάγκην ἀφικόμενος ταῦτα, ὡς καὶ ἀμυνάσθαι αὐτὰ μετὰ τέχνης ἔχοιμι. ἀλλά μοι δοκῶ (καὶ πρὸς Φειδίου μὴ δυσχεράνητε τὴν ἀπάνθρωπον οὖσαν) ὁμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθὼν πρὸς ὑμᾶς, οἷον ἀκούω πάσχειν πρὸς τὸ ποτὸν, εἰ δυνηθείην ὑπὸ τοῦ διψάδος. ὅσῳ γὰρ ἂν ὦσι πλείω παρ' ὑμᾶς, τοσούτῳ μᾶλλον ὀρέγομαι τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ δίψος ἄσχετον ὑπομένειν μοι, καὶ ἔοικα οὐδ' ἐμπλήσεσθαι ποτε τοῦ τοιούτου

Ille uerò ictus, illicò incurabili morbo affectus, talia patitur quæ paulo antè à me relata sunt, subinde bibens, ac uehementius sitiens, cum tamen nunquam sedata siti repleri possit. Hæc per Iouē non in hoc à me dicta sunt, ut ambitiosè cum Nicandro contenderem, neque ut uobis planum facerē, quàm non neglectui dederim Libycorum serpētum nosse naturas. Medicorum enim magis ista laus est, quibus hæc necessariò comperta esse debent, ut in tali casu egentibus opē ferre pro artis suæ professione queant. At ego mihi uideor (& per Phidiā ne iniquo feratis animo cōparationem ferinam existē) non dissimile quiddam erga uos pati, cuiusmodi illi patiuntur grauissimè, quī morsu dipsadis percussi sunt. Quo enim crebrius ad uos itare soleo, hoc magis atque frequentius ad uos eundi me uexat cupiditas, & planè [illegible]ror intolerabilis, uideorq; mihi tali nunquam expleri

τῇ ποτῇ, καὶ μάλα ἀκράτῳ· πρὸς γὰρ ἂν οὕτω λιπαρῶ τι καὶ λιπαρῷ ὕδατι ἐντυγχάνω; ὥστε συγγνωστὸν, εἰ λυχλὸς καὶ αὐτὸς τῶν ψυχῶν ὑδάτων τούτῳ καὶ ὑγιεινοτάτῳ τῷ λύγματι, ἀμφεράμενος χανδὸν, ὑπὸ θᾶττον τῷ ἐρευνῷ τῶν ἐπιφανῶν· ἂν μόνον μὴ ἐπιλίπωσι τὰ παρ' ὑμῶν ἐπιῤῥέοντα, μηδὲ χυθέντων τῶν σπουδῶν ἢ ἀπορήσωσι, λιχνεύσω ἔτι, καὶ λιψῶντα λαλαλιπῆν. ὡς δίψης γενέσθαι τοῦμὲ πρὸς ὑμᾶς, ἐλὶν ἂν ἐπίλοιπον πίνω ἀεί. κατὰ γὰρ τὸν σοφὸν Πλάτωνα, κόρος ὑδάτων οὐκ ἔστι παλῶν.

pleri posse desiderio, & quidem iure optimo. Vbi enim adeò claram & conspicuam aquam posim consequi? Quare ignoscite, si & ego ictus animo, hoc morsu iucundissimo & salubertimo prolixè & abundanter me impleo, capite scaturiēti subiecto fonticulo, dummodo me non deficiant undæ à uobis influentes, néue effuso audiendi studio hiantem & sitientem deseratis. Nam quod ad meam ergà uos sitim attinet, nihil prohibebit subinde bibere. Etenim iuxta sapientis Platonis sententiam, rerum uenustarum nulla est satietas.

GILBERTI COGNATI Annotationes.

* Dipsadi serpentum generi, de naturæ ratione ascitum nomen monumentis ueterib. proditum est. Eius forma uiperæ similis, morsu nocentior, cuius ictum inextinguibilis & letalis sitis consequitur. Frequens est in Libya Africæ regione, quæ ab Atlante mōte Mauritaniæ incipit, & ad Canopum usq; Nili ostium panditur: dicta à Libya conuge Epaphi, filij Iouis. Ea semper aliquid noui ideo dicitur adferre, quòd in siticulosa regione ad unum aliquem riuum plurimæ ferarum species bibendi gratia conuenire cogantur, inibiq; uaria mixtura uiolentæ Veneris, uarias monstrorum formas, subindeq; nouas nasci. Arenosa est, deserta, inculta & uasta. Hinc illud Antiphili:

καρποῖς οὐ σκάλοισιν ἐρίζομεν· οὐδὲ χέρ' αὐλαξ
Αἰγύπτης λιβύης ψάμμους ἐπισείφεται. Id est:

Fructibus contendimus, non stadijs: neq; enim sulcus Aegyptij, Libyæ harenas curat. Meminerunt huius Dipsadis etiam Nicander in Theriacis, ubi antiqua & lepida memoratur fabella de dipsadis exuuio, & sitis origine, qua à dipsade icti laborãt. a Ea pars.) Narratio. b Garamantes.) Garamantes populi sunt Aphricæ extremi, & quasi à consortio humanitatis remoti. uide Cœlium Rhodig. c Onagros.) Afinorum, inquit Varro, duo sunt genera: unum ferũ, quos uocant ὀνάγρους. In Phrygia & Lycaonia sunt greges multi. Alterum manſuetũ, ut sunt in Italia omnes. d Elephantos.) Libycum institutum est, ut quos in uenatione uel pugna elephantes attriuerint, magnificè sepeliant, ac hymnos præterea concinant.

e Hæc enim,) Sitim quæ maximè ferant animalia. f Sola aduersus sitim.) Libycas feras ęstate non bibere prodũt auctores grauissimi, ubi præcipuè inardescere sitim, consentaneum. Hyeme autem potui indulgere multum: quoniam diuersa omnino contingere debuerint. Verùm id esse in causa compertum est, quòd in eo mundi situ, per ætatem aquæ propemodum nullæ sunt: proinde illis non bibere in consuetudine est. Hyeme autem scatentibus aquis, non ita. Transeunte uerò in naturam consuetudine, si aliò transferantur, pristinum nihilo secius retinent morem. g Aspides.) Aspidi nomen à sciendo est. Quatuor longos dentes & uirulentos maxillis huius aspidis ineſſe, scribit Nicander, è quibus uirus in hostem eiaculetur. Paulus Aegineta lib. 5. ca. 18. ex Galeno tres aspidis species profert: Cherseam, id est, terrestrem Chelidoniam, uelut hirundinariam. πηλιάδα: huic à sputo nomen, quòd erecto corpore uirus in corpus hominis expuat. Hanc πηλιάδα, delecto Antonio Cleopatra sinistræ mammæ admouit, quum Augustus eam rapere & perdere uellet, ut ocyssimè interiret.

h Viperas.) Viperarum autem Græcis triplex est discrimen. Masculus enim ἔχις, fœmina ἐχίδνα uocatur: sicut ἔχεως, foboles, ueluti filij echidis. Qui uerò à uipera morsi sunt, ἐχιδλακτοὶ appellantur. i Cerastes.) Cerastes cornutus serpens, παρὰ τὸ κέρας, id est, à cornu. Longitudine naui longæ æquiparatur à Nicãdro, qui dolosum appellat, quòd orbitis, plaustrorum itinere sese occultans, incidentem in se fortè occidit,

k βυτρυσις.)

ſic βυτρυσίς.) Infecta. de genere cantharidum eſſe Dioſcorides lib. 2. cap. 54. adſeuerat. Nomen gerit à nocumento, quo armento uel bubus interitū adferre ſolet. Nomen enim habet παρὰ τὸ τοὺς βόας ἰμπιμπράναι. id eſt, ab incendendis bubus. Id quod & Nicander in Alexipharmacis monet. De hac ita Galenus: Bupreſtes, inquit, ſunt genus quoddam animalis, ſimile cantharidibus, & forma, & uirtute. Aegineta eadem refert.

l Iacula.) Ἀκόντια ſunt animalia, quæ inſtar iaculorum currunt. m Amphisbænas.) Amphisbæna παρὰ τὸ ἀμφὶ & βαίνω, quòd gemino capite & neutro greſſu incedat. Ex huius exuuijs lignicidæ baculum induunt, eoq; frigore hyberno aduerſus triporem manuū utuntur. Nicandro autore. n Duplex genus ſcorpionum.) Octo ſcorpionum genera apud Nicandrum in Theriacis enumerātur: quorum quartum χλωρὸν à uiridante colore dictū, multis corporum uertebris inſigne, ſuſpicor hic eſſe primum: octauum μελίχλωρον, id eſt, mellei coloris, hic eſſe alterum. Nam à tergo gerit alas locuſtæ ſimiles. Quanquam hic libenter eodem melius iudicantium ſententiæ.. o Reſpondens cognomine.) Huic ſerpenti nomen abſiti eſt inditum, quòd qui ab hoc læſus fuerit, adeò ſitiat, ut bibendo in tantum repleatur, ut umbilico fracto, effundat uteri onus, ut Nicander de dipſade tradit. παρὰ τὸ διψῆν. id eſt, à ſitiendo. p Nilum.) Nilus Aegypti fluuius. q Vt ſi quis oleo ignem.) Oleo reſtinguere incendium dicitur, qui ea admouet remedia, quæ malum magis ac magis exacerbent. Idē Lucianus in Timone: Si quem aſpexerit incendio conflagrantem, pice atq; oleo ſe uelle reſtinguere. r Porrò autem.) Exemplum rei. s Tantalum.) Nota eſt fabula de Tantalo apud inferos ad aquā ſtante, de pomis in capite imminentibus, cum ſitiens interim atque eſuriens neutra poſſit contingere; uel ex dialogo Menippi & Tantali, ubi de Tantalo plura recitauimus. t Danao natas.) Danaus Beli Priſci filius, ex pluribus coniugibus quinquaginta filias habuit. quæ cum quinquaginta filijs Aegypti fratris Danai nupſiſſent, eos omnes una nocte interfecerunt: præter Hypermneſtram, quæ Lino uiro ſuo pepercit. Ob quod nefas, hæc fingūtur pœna apud inferos damnatæ Danaides, ut aſſiduæ in urnis fundo carentibus hauſire aquam cogantur. u Qua.) Struthionis ouq,

in qui

inquit Plinius lib.10.cap.primo, commendantur propter amplitudinem, recepta prouasculis, & pennæ ad cristas galearū, conos adornantes. x Nicandro.) Nicander poeta & medicus fuit, scripsitq; plurima uersibus, quorum Theriaca & Alexipharmaca extāt, reliqua desiderātur. de eo extāt aliqua præconia in lib.1. Epigrammatum Græcorum. Is de diplade scripsit in Theriacis.

ΠΛΟΙΟΝ Ἢ ΟΥΧΑΙ. NAVIGIVM, SEV uota:

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Irridet hoc Dialogo Lucianus cupiditates & stulta hominum uota, ut qui in ijs rebus plerunque felicitatem ponāt, eaq; sibi expetant, quæ si ipsis contingant, plurimum & molestię & periculorum quoq; interim habituri sint. Ita enim fingitur hic Adimantus primō diuitias, post hunc Samippus potentiam & imperiū, postremus autem Timolaus uoluptates, & quicquid mundo plausibile uidetur, optare. Quorum omnium uota Lucianus ita confutat, ut ostendat quiduis potius quàm felicitatem in his rebus positam esse. Argumenti autem huius occasio à noua & inusitata nauis magnitudine nasci fingitur, quæ cum fortè tum ex Aegypto frumentum in Italiam portaret, tempestatibus acta, Athenas in Piræum appulsa fuerat. Hanc cum Adimantus (ut fingitur) conspicatus esset, & de numero frumenti quę portaret, deq; anno quæstu quę domino faceret, audisset, inita secū ratione, ut si tantos quotannis reditus ipse caperet, felicissimū ac beatissimū sese putaret: interim dum à Luciano ob stulticiam deridetur, cæteris quoq; personis, optā di cuique quod uellet, occasionem ac facultatē præbet. Estq; hæc ueluti narratio quædam totius Dialogi. Ad quam antequam uenitur, persona quoque Adimanti, & nauis magnitudo, & tempestuosum circa Chelidonias mare, dialogi gratia describuntur. Exordium à Timolai studio trahitur, qui ad famam nauis à Corintho Athenas spectandæ eius gratia uenisse fingitur. Eiusdem autem argumenti satyra quoque est apud Iuuenalem decima, in qua & ille suo more cupiditates & inania uota hominum insectatur.

LYCI-

ΛΥΚΙΝΟΥ, ΤΙΜΟ-
λάε, Σαμίππου καὶ
Ἀδαμάν-
του.



Υκ ἰγὼ λέ-
γω, ὅτι δᾶτα
τῶν τὰς γύ-
πας ἐνλα-
νηθῇς, ἐφ᾽
ναῦν ἀναμίξω, ἢ θυμά τι τ
παραλίξων Τιμόλαον διαλάβοι, λιμὸν δὲ Κόρινθον ἅπα-
σαν; διὰ τοῦτο οὕτω φιλοθεάμων εἶ γε, καὶ ἄσιτος τὰ τοιαῦτα. Τι. τί γὰρ ἄλλο καὶ ποιῶμι, ὦ Λυκῖ-
νε, σχολὴν ἄγουσα, πυθόμενος οὕτως ἐμπόρια τῶν, καὶ πόσα τῷ μέτρῳ ἐς τὸν Πει-
ραιᾶ καταπεπλευκέναι, μίαν τῶν ἀπ᾽ Αἰγύπτου εἰς Ἰταλίαν σιταγωγῶν; οἶμαι δὲ ἡμᾶς, εἴ τι καὶ Σάμιππον τουτονὶ, μὴ διὰ ἄλλό τι ἢ ἄσιτος ἥκειν, ἢ ὀψόμενός τὸ πλοῖον. Λυ. τὸ

LYCINVS, TIMO-
laus, Samippus &
Adiman-
tus.



AN non dixi quòd citius latuerit uidtures cadauer pridianum ac marcidum in propatulo positum, quàm spectaculum aliquod nouum & inopinatum, Timolaum, etiam si Corinthum illum oporteat sine respiratione curriculo abire? Quamobrẽ autem ita spectandi cupidus es tu, & ad huiusmodi res adeò impiger? TIM. Quid enim aliud conueniebat facere quoque, Lycine, cum ocium alioqui agerem, audito nauem adeò ingentem, & mensuram omnem excedentem, in Piræum appulsam esse, unam uidelicet

Δία,

earum quibus ex Aegypto in Italiam frumentum importari solet? Arbitror autem & uos, te uidelicet & Samippum hunc, non ab aliam causſam ex urbe huc progressos esse, quàm ut nauigium hoc uideretis. LY. Per

Iouem,

Δίσι, καὶ Ἀδείμαντος ὁ Μυρ-
ρινούσιος εἵπετο μετ' ἐμοῦ·
ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπου νῦν ἐκείνος
ὄχλῳ, ἀποπλανηθεὶς ἐν τῷ πλή-
θει τῶν θεατῶν. ἔγχει μὲν γὰρ ἤδη
νεὼς ἅμα ἐλθούσης, οὐ κατανέ-
νοήσ ἐς αὐτὴν, σὺ μὲν, οἶμαι, Σά-
μιππε προῆσθα, μετὰ σὲ δὲ ὁ
Ἀδείμαντος ἦν, εἶτ' ἐγὼ μετ'
ἐκεῖνον ἐχόμενος αὐτῆς ἀμφο-
τέραις ταῖς χερσὶ διὰ τῶν ἀποβά-
θρας ὅλης παρείπιμψι, χειρα-
γωγῶν ὑποδυμένον, αὐτοπε-
δῶν αὐτὸς ὤν· τὸ ἀπὸ τούτου
δὲ οὐκέτι αὐτὸν εἶδον, οὔτε ἔν-
δον, οὔτε ἐπὶ θατέρα πύλαι-
μεν. Σά. οἶδα ὦ Λυκῖνε,
ὅπως ὑμᾶς ἀπέλειπον· ἐπεὶ
οἶμαι, τὸ ὡραῖον ἐκεῖνο μειρά-
κιον ἐκ τῶν βαλάμων προῆλθε,
τὸ τῶν λαβαρέων ὀθόνιον ἐνδε-
δυκὸς, ἀναλελιμένον ἐς τὸ
πίσω τῶν νώτων, ἐπ' ἀμφότε-
ρα τὰ μέτωπα ἀπημμένον. ἐ-
τεῖνον ἐγὼ Ἀδείμαντον εἶδα,
οἶμαι, γλαφυρὸν ὄντα ἐκεῖνον
θέαμα ἰδεῖν, μακρὰ χαίτην
φράσ-

